


~~F. V. 31.~~

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

III. A 216 VITEBERG.

SIGNAT. c1b1bCCCXIII.



LUTHERUS

DRAMA

M. HENRICI HIRTZVVIGII
Gymnafii Mœno Francofurtani
Rectoris;

III

Megalandri

Martini Lutheri Isle-
bio Mansfeldii infinitos

*Circa ortum progreffumq; repurgati
à fe Evangelij*


Labores ostendens.

ANNO

Jubilæo Evangelico primo

Qui est à nato Christo

M. DC. XVII.



VVITEBERGÆ

Sumptibus Caspari Heiden Bibliopol:

Typis JOHANNIS MATTHÆI

*memoriae sacre conferuonis causa,
offend Josephus Trentonius 1644*

WILHELMUS

DRAMA

IN THEATRO

FRANCISCI

REGIS

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI

FRANCISCI





*SERENISSIMO, POTENTISSIMOQUE Principi ac Domino,
Domino*

IOHANNI GEORGIO

Saxoniae, Iuliae, Cliviae, Montium Duci, Sacri Romani Imperij Archimarschallo & Electori, Landgravio Thuringiae, Marchioni Misniae, Burggravio Magdeburgensi, Comiti de Marca & Ravensburg, Domino in Ravensstein, &c.

Domino meo clementissimo.



*Lector serenissime, Princeps celsissime, Domine Clementissime. Merito equidem, quotquot repurgata Evangelii
A 2 doctrina*

DEDICATIO.

doctrinâ gaudemus, illustrissimam domum Saxoniam & admiramur vehementer, & veneramur unicè. Nam quod hanc domum Electorali dignitate regisq; possessionibus, Deus Optimus Max. amplissimè exornavit, alii plurimis principatibus prætulit, id nunc est primum argumentum, quo omnibus liquidò constet Electoralem hanc gentem Deum præcipuè carere habere. Illud verò nemo sanus negaverit, quia crudelissimum & humanæ ope invictissimum Antichristianum regnum (quod & caput & sedem suam Romæ fixit, jamq; dudum, præstigijs mendacijs mundum totum effascinavit, adeoq; inani strepitu, Ecclesia Ecclesia, Papa Papa, omnia etiam potentissima regna ipsumq; Cæsarem Romanum, quo hominem orbis superiorem universus nullum habet, pedibus suis modo

DEDICATIO.

modo in primis nefario subjecit,) in tuis
 Elector potentissime, regionibus pri-
 mum vulnus, non sagittâ, non ense, sed,
 quo nihil penetrabilius, verbo divino
 accepit, adeò immane, adeò despera-
 tum, ut nulla tolli medicinâ unquam
 possit; jam hoc certo esse certius quod
 præteris ad inclytam Saxonum E-
 lectoralem familiam, animum tanquã
 ad virginem lectissimam Deus ad-
 jecerit, quippe quam sibi non gemmis,
 non auro, non argento, sed preciosissimo
 Evangelicæ lucis thesaurus de vincetam
 reddidit. Quid verbis opus est? VVit-
 tembergæ tua, Elector serenissime, non
 est alter Sion? è quo, sublatâ è medio
 veterum illarum Pbarisaico-Romana-
 rum traditionum sentinâ, & putidissi-
 mis facibus nova eademq; dulcissima
 lex & lux Evangelii refulsit, seseque
 in omnes terrarum angulos respersit.

A 3

Dabunt



DEDICATIO.

Dabunt enim hoc mihi omnes pii, qui
 fermentum Pontificium, ad exoletum
 Phariseorum: famem & sitim justitiæ,
 quæ correptum exardescebat seculum
 nati Christi, ad superioris, Lutheri
 compararint, & (quod faciendum sæ-
 pius) studiosè perpenderit, nihil tam
 esse alteri simile, quàm hæc illis, illa his.
 Item doctrinam & legem egressam è
 Sione ore Christi, oppugnarunt Iudæi,
 gentes, Pharisei, pseudoapostoli; redus-
 etam è Sione tuo, Wittenberga, ty-
 rannis Romana, Imperator, Carolostae-
 diani, Cingliani, Anabaptistæ: & quis
 cum apertam vim, tum cuniculos o-
 mnes recenseat? quibus diabolus Sioni
 tuo inde ab initio repurgati Evangelii
 est insidiatus. Quo magis vigilan-
 dum & orandum, ne incomparabile
 illud depositum Evangelii, aliquando
 eripiatur, in quo non contemnendam,
scimus,

DEDICATIO

scimus, inferos operam non semel in-
sumsisse. Ad quod præcauendum in aliis
plurimum contulerit, si artes, quibus
Leo ille sanam doctrinam adoriri ac in-
vadere jam olim est solitus, etiamque
nunc oppugnat, Et in futurum oppu-
gnabit, ob oculos positas sæpius inspi-
ciamus: quas nobis plerasq; sane, si non
omnes, uno contuitu historia Lutheri
fatim exhibet. Quapropter magno,
quod mihi quidem videtur, consilio fit,
ut historia Lutheri, solenni Iubileo ex-
orti Evangelij, qui est annus hic mille-
simus sexcentessimus septimus decimus,
in augustissimo Sione tuo, hoc est, VVit-
tembergæ solenniter repetatur; unde
quantirepurgatio illa cùm Electorali
Saxoniæ, tùm Luthero, VVittember-
gæq; Tuæ constiterit, omnes gratò ani-
mo agnoscamus, justis DEUM lau-
dibus prosequamur, dignam maio-
ribus

DEDICATIO.

ribus memoriam studiosè excolamus,
exemplo minores invitemus. Præter
cætera visum etiam producere Luthe-
rum in Theatrum, quo ipso fieri non
potest, quin multo citius hominum ani-
mi percellantur, cum, quod ludo non
tamen sine turbis plurimis agitur, id
aliquando sic reverà gestum esse accu-
ratiùs cogitatur. Quod consilium cum
mibi missis literis detegerent amici, ut-
que Lutherum nostrum in proscenium
pararem, humanissimè peterent, ta-
met si ferendo non esse apprimè scie-
bam, passus tamen sum, illud quicquid
erat oneris (nam & Confessionis loco
fore videbam) imponi; quod ita tuli ut
potui, non ut debui. Argumentum ma-
gnum est Lutherus, cuius historia,
quia ab Apostolorum seculo sine contro-
versia secundam nullam habet, requie-
rebat omninò Poetam otiosum, eundèq;
non

DEDICATIO.

non vulgarem, Buchananum aliquem
 aut Frischlinum; imò Principes ipsos
 Plautum, Terentium, Senecam, & si
 quisquam unquam vel Tragicorum fu-
 it, vel Comicorū optimus. Namq̄, satis
 mihi hoc perspectum, ingeniosissimum
 & doctissimum quemq̄, in Luthero re-
 perturum, ubi & plus ingenij & doctri-
 nae sibi opus esse sentiat. Quid igitur de
 me dicam? ne poeta quidem. Hoc unum
 est quo sustentavi: age non satis magni-
 ficum, qui in jubileum Sionis Electro-
 ralis vel pilos caprinos, confero? idq̄,
 Israelitarum nonnullorum exemplo, E-
 xod. 25. Deo dona oblata non precio,
 sed animi offerentis affectu estimante.
 Factum adeò ut hoc qualecunq̄ Drama
 ipsi etiam S. V. C. consecrare non sum
 veritus, Elector potentissime, primùm
 quia Serenissimorum prædecessorum
 vestigia premens, quam tanto labore,
 A 5 tantoq̄,

DEDICATIO.

tantoq; odio puram Evangelij doctrinam Lutherus reduxit, professusq; est, eam S. V. C. omnibus opibus non in suis tantum regnis tueretur, sed & aliis hac in causa opem S. C. V. implorantibus, manum clementissimè præbet. Deinde ut, sicuti Lutherus vivus secundum Deum patrocínio Electorali usus, facile vim effugit; ita & hic personatus noster, protegente S. C. V. clientelam, ut qui meus deinde non erit, qualicunque hac præfatiunculâ supplicem dedo, ut q; sibi S. C. V. acceptum habeat, quàm potest, demississimè & subjectissimè oro; perq; constantissimos prædecessores, ipsumq; Lutherum vivum, unde ortus hic noster est, obsecro atq; obtestor.

S. C. V. universamq; celsissimam Saxoniam domum, columnen firmamentumq; illud sincerioris Lutheri, diutur-

DEDICATIO.

*diuturnâ incolumitate paternè, boni
tûm privati tum publici causâ afficiat
Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus,
Unus, Optimus, Maximus. Dabam
Francofurti ad Mœnum, Idibus Se
ptembris M. DC. XVII.*

S. C. V.

humilimus servus

M. Henricus Hirtzuuigijs
Gymnasij ibidem Re&or.



ARGV.




ARGUMENTUM.

Lutherus Augustiniana familiae
Monachus, Friderici Sapientis I. Septemviri
Jussu Doctor sacris stipulatus literis,
Ut fabulas videt indulgentiarias,
A Tecelio sociisque omnium avarissimis,
Lucri institutas aucupandi gratia,
Invehitur in quaestorum illam impudentiam,
Artes Romanas Puccianas nescius.
Propugnant nundinationes Prierius,
Personatus Tecelius, Wimpina, Eccius.
Romae dies Luthero dicitur. locus
Suspectus. Causam Augustae peragit suam
Ad Cajetanum; Aldeburgi ad Milititium;
Vormatiae Vangionum ad ipsum Caesarem,
Vbi praeter fas proscriptus, Wartburgium
In solum de conspectu abducitur locum.
Interea Carolostadius turbas ciet
Hic Witembergae. Lutherus Pathmo redit
Invito Electore, saevis adversariis.
Ecclesiam restituit turbatam in integrum.
Latomum expugnat, cum Orlamundanis frustra
agit.
Adversus Muncero dissvadet rusticis
Seditionem. cum Cinglianis disputat
Marpurgi Hessorum. Augustanae semina jacet
Con-

Confessionis. Visit ad Vergerium
Cardinalem. cum de re Sacramentaria
Errorem Bucerus, sociiq; publicè
Detestarentur, accipit in fratrum loco.
Augustanæ Confessionis syllabam
Ne quam mutet dehortatur Melanchthonem.
Wittenbergam, Professorum in dubio fide
Relinquit. Electoris internuncij
Reducunt. accersitus post Islebium
Magno pietatis exemplo in Christo obit.
Funus Wittenbergam apparatu regio
Effertur. hic situm est iratis inferis.



PERSO.



Personæ Comœdiæ.

1. Fridericus Saxo.
2. Staupitius.
3. Lutherus.
4. Mellerstadius. Rector.
5. Magdalena Medicea
6. Leo X. Papa.
7. Laurentius Puccius
qm̄ at uor SS. Cardinalis
8. Tecelius.
9. Populus.
10. Menalcas.
11. Timotheus. famulus Lu-
theri.
12. Studiosi.
13. Bibliopola.
14. Miles.
15. Wimpina.
16. Scholastici.
17. Magistri Nostri.
18. Oxensfurtius.
19. Eccius.
20. Sylvester Prierias.
21. Hostratius.
22. Hieron. Episcopus Æ-
sculanus.
23. Cajetanus.
24. Lincus.
25. Urbanus Orator.
26. Prior in S. Anne.
27. Langmantelius.
28. Pseffingerus.
29. Auerbachius.
30. Cardinalitij.
31. Minister.
32. Eques.
33. Tridentinus.
34. Albertus Mansfelden-
sis.
35. Militius.
36. Spalatinus.
37. Ambsdorfius.
38. Canonistæ.
39. Aulici.
40. Carolus. V.
41. Casparus Sturmius.
42. Albertus Noguntinus.

44. Ec-


- | | |
|------------------------------------|--|
| 44. Eccius I. C. | 70. Philippus Melancthon. |
| 45. Clapion. | 71. Latomus. |
| 46. Nuncius. | 72. Henricus Rex Angliae. |
| 47. Bucerus. | 73. Orlamundensis. |
| 48. Cochleus. | 74. Wolffgangus Stein Pri-
or Wittebergensis. |
| 49. Hermannus Coloniensis | 75. Chorus Pontificiorum. |
| 50. Reinhardus Trevirensis. | 76. Kalenses. |
| 51. Ludovicus Palatinus. | 77. Rustici. |
| 52. Ioachimus Brandebur-
gicus. | 78. Muncerus. |
| 53. Philippus Hesus. | 79. Oecolampadius. |
| 54. Vlricus à Pappenheim. | 80. Cinglius. |
| 55. Hispani. | 81. Clemens VII. Papa. |
| 56. Schurfius. | 82. Mercurinus. Orator Cae-
saris. |
| 57. Moschæus. | 83. Iohannes Elector. |
| 58. Smulius. | 84. Vergerius. |
| 59. Vekus. | 85. Fridericus Miconius. |
| 60. Peutinger. | 86. Capito. |
| 61. Thuen. | 87. Frechtius. |
| 62. Volradus von Wack-
dorff. | 88. Otherus Scholasticus. |
| 63. Carracciolus. | 89. Bernhardus Lycosthenes. |
| 64. Alexander. | 90. Musculus. |
| 65. Perleps. | 91. Germanus. |
| 66. Schönbergius. | 92. Aulberus. |
| 67. Equites. | 93. Schradius. |
| 68. Auriga. | 94. Consiliarij. |
| 69. Carlostadius. | 95. Major. |

96. Tabel.

96. Tabellarius
97. Schwenckfeldij.
98. Iudæi.
99. Iustus Ionas.
100. Conrad von Schwarzen-
burg.

101. Cælius.
102. Aurifaber.
103. Ambrosius.
104. Ian-Frid. Schvvar-
tzenburgicus.
105. Alberti Coniux.

FINIS.



ACTUS PRIMI.

SCENA PRIMA.

FRIDERICUS SAXO. STAUPICIUS.

Non quî rem faciam maximam, sed qui
ipſius
Mundi Theatrum Vitebergensem Aca-
demiam,

Magis magisq; in rem communem exædificem,
Primas Electoralis partes muneris
STAUPICI existimo. Tum illud urget maximè,
Ut Pietas palmam, sacræq; ferant litteræ,
Id quod nullum pensi mihi erit ærarium.
Hoc primum fiat, posteriùs Politica,
Ob quam rem nemo est, quem, quàm te, malim o-
Voloq; jubeoq; oroq; ad hæc, cordi fiet, (mnium,
Hominem quî nobis innocentem moribus,
Doctrina præcipuum, zelo bono optimum,
Nostrâs si non sit, ut pares: sin, imperes
Adigasq; ad hanc suscipiendam provinciã,
Tam qui Scholam, quàm qui doceat Ecclesiam.
Quâ causâ demereri me haut potes magis,
Qui tuæ jampridem committo omnia fidei.
STAU P. Elector, quæ Virtutes in te sunt sitæ,
Pietas, candorq;e priscus ille Saxonum;
Elector istam rectam rectè instas viam.

B

Qui

ACTUS I. SCEN. I.

Qui ante omnia regnum primùm quæritas DEI
 Istuc scio, hoc te beatum iri multò magis:
 Istuc tua gaudebunt regna, populus tuus
 Alijs claram prælucebit populis facem.
 Quod fortunatum Sacrosancta Trinitas
 DEUS Pater, DEUS Filius, DEUS Spiritus
 Sanctus, quod, inquam, fortunatum velit,
 Ego quam & divinitus, quam ego & humanitùs
 Autoritatem accepi, quaque Patriæ,
 Quaque DEO, quaque Ecclesiæ sanctæ fui
 Jurato devinctus primo ab articulo officii
 Initi, qua ego, inquam, obstrictus sum bonâ fide,
 Isti omnem faciundæ rei tribuam operam,
 Hominem uti in omni Augustinianâ familiâ
 Optimum, vitæque clarum Sanctimoniâ,
 Doctrinâ primum, carissimum Sodalibus,
 Ingenio quâ sua miti, quâ DEI, aspero
 Quâ fieri fas est, quâque potest industriâ
 Conjunctis tecum precibus & suspirijs
 DEO, ut dixi, inceptum fortunante, evocem.

FRID. Magnum hoc, quod fidei dedo, Staupici,
 tuæ

Et credo jam te credere hoc tantum ut velim,
 Onere me liberaveris imprimis gravi,
 Hoc si. Nam nescio mentem quid citat meam:
 Adeò necesse est, ut primùm hæc effecta sint.

STAUP. Pernovi studium, pernovi Patriæ tuum,
 Pernovi Pietatem apertam, castam, seriam,

Pro

ACTUS I. SCEN. II.

Pro Pietate quâ alligor Tibi, hoc jam nunc agam.
Migrabo atque remigrabo Gentis codices
Nostræ, matriculas, ipsaque Collegia,
Nomina, Personas, Vitas. Jam prout propè
Magis ad Augustinum ordinis nostri Ducem
Quis accesserit, doctrinâ & Sanctimonia
Hoc citiùs hanc in messem vel vi itum iverit.

FRID. Istam rem cura. STAUP. Nunquid aliud
vis? FRID. Nihil.

Mecum homine misero rem tractas, DEUS, tuam?
Certè! DEUS negocium cogitat: DEUS!



ACTUS I. SCENA II.

STAVPICIVS, LUTHERVS, MELLER-
STADIVS.

STAUP.

AVdis? annon? LUTH: Oro, mi Pater, atque
obsecro

STAUP. Quid istuc opere tanto mi adversarier?

LUTH. Cum tenuitatem agnosco meam, tum gra-
Agoq; habeoq; cupienti plurimas. (tias

Enimverò qui mihi docendo haut sum satis,
In Academia plenâ acuminis fructum putas?

STAUP. Quia inquam nobis, non ipsi satis tibi
Facis, tuum magis tanto quæsivimus

Studium. Invitaris sanè quàm humanissimè

B 2

Quin

ACTUS I. SCENA II.

Quin & vocaris seriò. Sic quid mihi?
Et quid conventui toti? Stare hoc cinè est
Promissis, morem, nisi cum placet, nobis gerere?
Rectè sibi, at DEO diffidere impium.

Vocantem sequere, qui, quod opus, dat virium,
Vel quod necesse saltem. Adhuc hæres? ain?
Annon? LUTH. Obsecro, mecum homine quid
(inceptabitis

Morbus cui est ex alio alius quotidie,
Integris annis, incolumes, animi maximi
Ingenij summi, laboris patientissimi,
Bibliorum heluones his commissum oportuit.

STAUP. Negocium cœli terræque fore DEO
Videtur insanum magnum, quod expetet
Magnos eosque supra quàm firmos viros.
Et te jam DEUS. Cui ni pares, omne expetit
In te infortunium. Te vult, quod ut diu,
Sit futurum, breve, an longum, quo didicisti indi-

Dico tibi edicoque sub hoc die tibi (ce?
Ut (en mandatum Electoris! ecce Academia!)
Sumptibus illustrissimi crêere Principis
Sacrarum Doctor literarum publicus.

Quam rem tibi toti que Reipublicæ (col
Faustramq; honorificamq; hac manu & fide pre-
LUTH. Misero mihi! quod tantam rem me flagi-
tas.

Agnosco etsi, ad hæc animus tamen pavet mihi
Dicit

ACTUS I. SCENA II.

Dictis morem gerendum protinus tuis.

Magnum sanè imperas onus magnum Pater.

STAUP. Ea res est, at te sublevatum iri DEO

Quod subdubitas argumentum, Martine mi,

Nullum est. LUTH. Videlicet DEUS provinciam

Hac provinciâ administrabit potissimam, (in

STAUP. Rectum instas iter, jam restat migres Li-

Allatum quæ sunt opus tibi pecuniæ, (psiam

Quas Electoris Quæstor exhibebit ocuis

Ad ornandum te honoribus Doctoreis.

LUTH. Jbo factum, DEUS quod jubet, & tu jubes.

STAUP. Confers in DEUM operis omnis rectè ex-

ordium.

Quis autem ille pedes, qui hortatur huc adeò fu-

Fallor? an lumen mundi Mellerstadius (os?

Ipfus certè. MELLERSTAD. Ipsum opportune

Staupicium.

Te volebam, idque ut scirem à Luthero quid tibi

Responsum. STAUP. Non parum reluctatus pri-

Postremò tamen, quod se frustrâ esse cerneret (us

Obsequitur, modò à me contendit urbem Lipsiam,

Sumptum laturus Doctoratus gratiâ.

MELLERST. Confirmasti. Recusaturum metue-

ram.


Quantum potero tantum me recipiam domum,

Inde in Senatum relaturus Academicum.

Non hic paludes consecratur Sophisticas,

ACTUS I. SCEN. III.

Thomistas, Albertistas cum obscuro Scoto,
Ad Israelis fontes Scripturam sacram
Tanquam censuram sistit. id quod Theologi est
Autoritate Scripturæ decernere.



ACTUS I. SCENA III.

MAGDALENA MEDICEA, LEO X. PAPA,
LAVRENTIVS PUVCCIUS Quatuor
Sanctorum Cardinalis

MAGD. Solus es, quem Dî diligunt, Frater san-
ctissimè

Gentis decus nostræ, primum & palmarium,
Te namque Purpurati, ephēbum licet, Patres
Collegij sodalem optaverunt sui.

Iam tua in manu cœlum cum sacris est omnibus,
Quod pro re natâ pandis adeoque obferas
Hoc ipsum ex animo munus gratulor tibi,
Et si quid Pylios superat annos, comprecor
LEO. Vos exite. Tu, & tu, & tu, statores intimos
Quos habeo, istuc ad oram sistite atrij.

Pro istis ego nisi te macto dictis splendide
Soror, sim nullus. Atque eccas opes tibi.

Scis quid hoc? MAGD. Plumbum. LEO. Tametsi
plumbum, & spolium ovis

Mihi tamen est istuc pro vellere aureo.

Hoc

ACTUS I. SCEN. III.

Hoc simul ac fato Episcopus quis fungitur,
Fit aureum, precioque exquisito licet,
Quod si est expotum, elotum, elusum maxime
Dictum factum, Medea dum tu sis, soror
Ego Jason, rursus quid aurei extat velleris.
Sed huius eccum Principem Puccium fori
Absque ceremonijs. Usque voluntas veni. (fatis
Pucc. Hoc Tullianum est LEO? usque non capio
LEO. Atque eccum manibus illum Tulliolum
meum,

Hoc honor est meum breve, quoniam vannus e-
gomet

Hoc conjugij Scrib-anates habeo, & unum unicū
Quatuor pars plora, tam subiti me stercoreat
Quod in illo hic farina sum. Pucc. Sanè quidem,
Quod hoc loquendi sit genus, nullus scio.

LEO. Tantò major inter Leonem & inter Pucciū
Inter-vagina est. Pucc. Nunquid autor es no-
vus?

LEO. Sic sum ut vides; hoc est autem quod te vo-
quo censes pacto posse parari maxime (lo.
Auri non negligendam vim? Moguntia
Illa Barbarorum Archiepiscopalis, Cunsulis
Romani sedes, unum propicijs Diis
Et item alterum quæ amisit Episcopum brevi,
Bono cum Romanæ proventu Curia
Vnum est & item alterum mercata Pallium.
Jam tertium sitimus ipsum funditus.

ACTUS I. SCENA III.

Tricies autem millenis unum est aureis,
Teruncius si abest, nulla summæ gratia,
Sic poliendi emaces scilicet sunt Episcopi!
Vendendo magno, ne videantur vilia.

Idem Hispanis Pontifices facimus, qui novo
Rerum imperito Orbi pro auro nugas dabant
Multas, cultellum aut speculum; utrumque haut
Oboli, vendaces rectè rectè emacibus, (unius
Quid est negociari, quod si hoc non fiet?

Minimi parare, maximi que extrudere
MAGD. At si negent, quia pernimum fuerit, dare
Et nundinationem indignam clamitent,
Quod unum possit esse pallium Omnibus.

Pucc. Mihi istanc rem. LEO. Tibi, totam ut effi-
cias, dabo.

Qui regnum fidei memini creditum tuæ.

Et item tibi Magdalena Soror lepidissima

Pucc. Non potuit melius, ô Pater, bellissimè!

LEO. Enimverò Pucci ne pendeam diu

Quid est quod quæris? invenis? Pucc: Quiesce
dum:

Inveni. LEO, nil quod malim auriculæ pruriunt

Pucc. Ita faxo, nisi præstare videtur aliud Tibi.

LEO. Narra, audio, quod tibi præstat, præstat item
mihi,

Pucc. Quam munificentiam singularem dicti-

Istac lege ne de suo teneatur solvere (tent

Tute Moguntinum uno condona pallio,

Venia

ACTUS I. SCEN. III.

Venia delictorum scis quanti veneat?

LEO. Hoc scio. Pucc. quid auri reddat? LEO. expressimè.

Pucc. Igitur mitte sanctitatis munitos tuæ Diplomatis, homines perdoctos fallere,

Quis quibusvis quamvis dare veniam sit copia, Etiam qui remissionem confirmat literis.

Quo tantò vulgi animus perstringatur magis.

LEO. Intelligo. Pucc. Mundum totum ob pecu- Pœnis te erratisq; exuere qui prædicent (niam

Exemplo fanè novo inauditoq;. LEO. Optimè, Procedit hoc. Pucc. Procedit, inquam, MAGD.

Certum illis unis indulgentijs Leo (Maximè. Frater facies, mundus ut sit madidus sobrius,

Mundus,inquã, quã sol spectat. Ausim hoc dicere, Si mandes, foenum ut boves homines vorant.

Pucc. Animas si dilapidas dant ipfas tibi Adeò quidvis quã cœlum contigit, occupas.

Res mira dicta. LEO. mel loqueris Pucci merum. MAGD. Imo aurum & gemmas. LEO. quid porro?

Pucc. jam id exaudies. Ille expiatorius ignis (LEO. qui in Utopia est.

MAGD. Ubi cœlum grallis ambulat) Pucc. scis, quid velim?

LEO. Ad unguem. Pucc. ad quem calemus Roma- Hic Oceanos pecuniarum exhauriet. (ni affabrè.

LEO. Nempe condonatione emptâ promittimus.

ACTUS I. SCEN. III.

Vaccarum pulmones animabus affore,
Flammâ in lustrali miserum vociferantibus
Puc. Mirum quid vaccarû pulmones? LEO. cogitas?
Puc. Nusquam invenio. LEO. pertexe pôst docebe-
Pucc. Acceptilatione clament datâ simul (ris
Animas in coelos evolare liberas.
Aurum quò citius, hoc citius. LEO. lepidum caput!
Enimverò Pucci: Quid illud? inferiæ.
Pucc. Id antelucani caveant missarij.
Noſti illud Comici: Proximus sum egomet mihi
Primùm tuam, pôst aliam cura cuticulam.
Ego Tibi: Mortualia consulant sibi.
LEO. Rectè mones, sat consilî hac horâ fuit.
Puc. Quæſo autem Tullium. LEO. Intus perspicias.
Pucc. at hîc?
LEO. Eccum. Pucc. Ha, ha, hæ! Deus tuam fidem!
Epistolæ
LEO. Non ad familiares. Frontem plus inspice.
Pucc. Obscurorum virorum. Visum aliquid fuit
(MAGD. Nescio quid hi tam rident familiariter)
Pucc. Obscurè quidem loquebare plus fatis mihi.
LEO. Versus duo tres fatim quod rideas, habent.
Epistolæ mihi quidem hæ caræ magis,
Quàm Pauli sunt omnes epistolæ Apostoli.
Sed heus quis huc est? ut sit prandium mihi,
Sorori, Puccio, vola. Moguntia.
Quid autem fit, condonaboné pallium?
Pucc. Cavebitur, cum ventû intro fuit. LEO. Soror
Actutum.

ACTUS I. SCEN. III,

Actutum ad nos te recipe memeto cum esum erit,
Chartis, scrupis, talis, alveo, latrunculis
Aliquid. Plistobolenda si placet, proinde erit.
Si digitis micare, si aliud idoneum ocio.
Meum hunc hodiè diem esse vestrumq; impero.
Aliquando Ecclesiarum cura erit sua,
Pucc. I præ LEO, secundum nosmet ibimus.
MAGD. Jam ad vos rursus adero, ornandum est ali-
quid prius.

Sanè gestit animus. Ellum Aremboldum Episcopū
Hominem ad amussim hominum avarissimum om-
nium.

Quem quî argentū emūgat perdoctū haut fecero.
Sunt enim illi in istam rem mille artifices manus.
Et mens & lingua nata ad fallendum probé.
Vos dum illum appello, aleam, chartas & cœtera.
Nolo jam colloqui, aliam tractat viam. Benè.
Sine comitatu sola solum pervelim.
Perinde est, quod non potest jam benè, ut fiat aliàs
Rectius. Sed adversæ veniunt pedissequæ
Quæ ad ludos faciunt, deliciando efficiunt,
Non proclives ad dicta adeò utq; cœterum.
Utinam fratri, mihiq; Puccioq; sit
Ætas bis tantò. namq; haut exorbebimus
Omni vitâ, brevi quod illi colligent.
Equidem Frater meus scite Rex factus est:
Quod habet dat, nulla vox. Regē me esse oportuit.
Non qui sic, his opimitatis est parum.

ACTVS

ACTUS I. SCEN. IV.



ACTUS I. SCENA IV.

STAUPICIUS, LUTHERVS.

STAUP.

HOcciné sic, ut prædixi, fit? Martine mi
Satin' omnia ex sententia? LUTH. Sanè incipit
Res quàm putaram, melius ire, quod DEO
Gratia sit, consiliorum suorum Principi.

STAUP. Fridericus Sapiens, Elector, Academiae
Pater, Academicus ordo totus, Patria
Te gaudemus. Tu quid Theologia sit, doces.

LUTH. Ne plus amori quàm facto vide. STAUP. li-
Jamdudum nobis tua cuncta modestiâ (quet

LUTH. Præscire. STUP. Hoc unum solum firmum
DEI verbo niti scripto. Thomas, Scotus, (satis
Albertus, Beda, Augustinus perinde id est,
Homines sunt, Solus DEUS verax, mendax homo.

LUTH. Utinam ut dicis me homines omnes post-
Verbo DEI, eosq; Ecclesiarum è pulpitis (ponere
Exigere, auditores statuere; Apostolos
Doctores solos & Prophetas: ita adeò

Nusquam illi dominètur uspiam gentiù in Scholis,
Templis, cordibusq; hominum sed ætatè exulent.
Cum postliminio, redeunt, actum est, habet.

STAUP. Id JESUS CHRISTUS prohibeat, Lutherè
Quod sine superstitione factum, sapius (mi
Id

ACTUS I. SCEN. IV.

Id apud animum meum ultrò citrò cogito
Hæc ætas prisca Pharisaorum non minùs
Similis, quàm lacti lac si conferas. Vide
Dicitum est antiquis (novis antiquis,) obtinet
Quid dicam duodecimo hujus anno seculi
Te disputantem admiratur Romana gens
Doctorem, quo ante sesquimillenos (DEUS
Bone!) puerum JESUM ipsi Pharisei stupent,
In templo disputantem cum Doctissimis.

Ab eo quantum profecisti sapientia? (mi

LUTH. Ne mihi meipsū, mi Pater, STAUP. Martine
Sum extra fucum, quod gaudeo, gaudens eloquor:

Te pertraxisse in publicum fecisseq;

Doctor esses Principis sumtu, invitus licet.

Sed quæstor ille Lipsiensis. LUTH. Quid Pater?

STAUP. In quo mora fuit. LUTH. quid tum postea?

STAUP. fuit.

Tuâ causâ molestum. LUTH. pridem evanuit.

Primum quidem doluit mihi. STAUP. Politicos!

LUTH. Quæstores! STAUP. nisi quod sibi dat Prin-
ceps, datum putant.

LUTH. Veni, oravi, obsecravi: herus hodiè domū
Est, cras erit. Iam jam foras: oportuit. (haut

Paulo priùs huc. Negotium est, Nescio quid est.

In precio tempus mihi: odiosum fraudarier.

STAUP. Applausus primus sanè perexiguus fuit.

Id ita hominum genus est quæstores Principum,

Conclusam perninium manum, cum Theologis,

Dandum

ACTUS I. SCEN. V.

Dandum, habent: quod luxui detur appetit affatim
Ut postulas primùm aurum, argentum solvitur
Proinde ut vis. LUTH. Sic est, cum in usus vis sacros
Vix assis universo inest ærario: (Attica.

Cum in pompam inanem; talenta sunt magna
Non satis percipio, quamobrem gens Politica
Theologo quod datum recta perisse putat.

STAUP. Quam tenacitatem haut scio, qui venti quò
ferunt. (quid nimis.

Sed mecum intro. LUTH. Negotium est. STAUP. Ne



ACTUS I. SCENA V.

LEO, PUCCIUS, MAGDALENA,

LEO.

QVomodo lapsæ meæ tibi sunt Epistolæ.

Puc. Quid lapsæ? elapsū, quæ lapsæ sint Epistolæ.

LEO. Heus non hoc perstas? Pucc. persto, sanè per-

Id namq; nunc crumena turget ab aleâ, (stiti

A mensâ venter, à vino totum caput.

LEO. Mirū qui ad alia omnia es tam exprōpta me-

Adeò non pernosse, quæ perlectitaverim (morià

In obscuris meis. qui fit frater humide?

Pucc. Missum fac me. quis latinum hoc è barbaro?

MAGD. Aremboldum huc ad nos opportunum

Quod te volente fiat, solū hunc mavelim. (oppido:

LEO. Aliud roga, facile hoc abs me impetraveris.

MAGD.

ACTUS I. SCEN. V.

MAGD. Gratias habeo qui tam facilis : alia aliàs,
Hoc nunc volui, quod rectè impetratum gaudeo.
Artemperatè jam venis. LEO. ne respice
Nil audiendo intercipiemus : Puccio
Aures vacuæ sunt magis. Pucc. Idq; obsecro.
LEO. Obsecro, quàm familiariter compellitant.
Pucc. Nec ad illos oculos. Sic Moguntinum capis
Pro pallio quid illo cum homine divides
LEO. Quod illud inque? Puc. Vendèdi indulgentias
Facito potestatem. LEO. expecto quid nunc velis
Puc. Hoc illud est. LEO. Heus vos bini! jam finis est?
Pucc. Omitte, garriant, tantisper dum piget.
Turbaſti. LEO jam te pluribus. Pucc. virum paret
Accuratum ad persuadendum omnia hominibus.
Episcopus jussu tuo , ille Episcopi
Extrudat, obtrudatq; cunctis credulis
Vanam, falsam, fictam delictùm veniam
Ejus quod nundinabimini pars altera
Tua sit pro pallio ; pars altera Episcopi.,
Sic operâ eâdem & te atque illum ditaveris.
LEO. Enimvero parùm quidem. Pucc. quî sic. LEO.
Jam illud quod indulgentiæ reddunt, meum (ita :
Totum est, hæc nulla causa est, ob quam partiar.
Tum quid de pallio fiet, non solvitur?
Pucc. Vide quàm homo sis : istud à me est consili.
Expiatoriæ venum prostitutæ litteræ.
Quas mundus quia non pridem emit, quia scilicet
Non

ACTUS I. SCEN. V.

Non totus mundus jam solvit, mendicus es
 Heus tu argumenta mecum, si iubet, puta
 Lentè quæritare rem oportet fraude, quam petas
 Romana pallium quod vendit Curia.

Tàm non sum acutus, ut cernam quo jure sit.
 Expilandi manifestum fieri gratiâ.

Nam quid plumbum? quid vellus, arrides? benè
 LEO. Quâ instituis orationem plenissima odij est,
 Egomet hanc rem totam jam habeo derisui,
 Ne te fatiga meq; Pucci pluribus

Pucc. Roma sic. LEO. Aurum ut sit primum; pòst
 Istuc nũc ut sit. Puc. sic est cede pallio (quo jure sit,
 Et moguntinæ Ecclesiæ Germaniæ
 Totius omnes exugent opes sibi.

LEO. Accipio, miserari simulabo Episcopum
 Qui summam interpretatus hanc clementiam
 Eo magis commendabit diplomata,
 Quæ non nisi fumos hominibus vendant meros.
 Non est speciosius decipiendi genus,
 Quàm misericordia quod & pietate fit
 Ficta utcũq; ad circumscribendas hominum opes.
 Jesu! ita, ita est. Tua multum Romanis fabula
 Pontificibus expedivit, & spero mihi
 Divitem monstrante Puccio ingressus viam
 Plura intus. heus soror! Puc. ne obturba, garrunt.
 Docta est ad doctam isthæc avim avis. LEO. mi-
 rúm placet.

Obstre-

ACTUS I. SCEN. VI.

Obstreperere agentibus seriò rem frivolam.

Puc. Sine istos. LEO. at nimis diu comitia sunt.

Heus vos! MAGD. mentem tuam & meam æque
calleo.

Causæ graves, Venia Turcæ, tum ædes Petri.

Nemo est quem non hæc percellant. Gratias habe.

LEO. Soror! ad fritillum. MAGD. Istuc jam cor
salit sequor

Cepi hominem idoneum. quicquid pro sacris da-

Aut contra Turcam, celeriter deglutiam. (bunt;



ACTUS I. SCENA. VI.

TECELIUS. POPULUS. MENALCAS

TIMOTHEUS.

Vetus verum est verbum illud: haut aquâ perit,

Qui laqueo debet. Istuc non est quod procul

Faciam petitis argumentis, omnibus

Perspiciuum. Oeni vobis notum est pons oppidum

Ibi ego, qui scelerum sum & Acheruns, & fui, &

Quia nuptijs svêram furtivis cum adultera (ero.

Adulter ipse jam pridem turpissimus,

Mercede fracto haut indignâ digna proficiscier

Inviso in sacco ad Neptunum debebam: age

Autem deploratam commiserens vicem meam

Sospitator, Sapiens Fridericus Saxonum,

C

Electoꝝ,

ACTUS I. SCEN. VI.

Electoꝛ, in pessimum hominem hominum ille
optimus

Exorat vitam Aemiliano à Maximo meam.

Ille ipse ego vivus lautus sum Tecelius,

Hæc vox mea, hi stipulatores, vultus hic meus.

Jam sostra orbi persolvo. Alberti nomine

Episcopi, Decimiq̃ue Leonis Væjovis,

Pecuniâ peccatorum vendo gratiam;

Quod scio literis sacris rectâ contrarium.

Hoc quandoquidem factum impudens est plus sa-

Optarunt me illi faciundo primum caput. (tis

Nam cum mihi sacra omnia susq̃ue deque sint;

Facile nomen hominis impetro audacissimi

Quod suscipio factum ego, nemo pariter potest,

Cuius religio pectus aliqua perfodit.

Hi namque cum quid falsò facientes garrunt

Cœlum reformidant terramque vindicem:

Ne quid dehiscat, ne quid tangat desuper.

Mihi ad vomendum quasvis est blasphemias

Os audax, animus autem multò audacior

Aedem nunc ajo Romæ Petri Maximam

Instauratum collectis iri pecunijs.

Nihil est. Magdalena soror Leonis devorat.

Diluit Leo, fidibus donat & Citharistrijs.

Heus autem vos! tempus est, merces exponite.

Si mentior solens meo more fecero.

Confidentes este. ne vultum mutet color.

Mercurius sum, scio quid Junoni Juppiter.

Nam

ACTUS I. SCEN. VI.

Nam vos quidem id jam scite, concessum ac datū
Jove à Romano, nuntijs præsim & lucro,
Lucrum ut perenne semper suppetat sibi.
Accelerat populus. istuc factum optimè.

POP. Mirum. quid hic novus homo molitur novi?
Aliquid certè portat. ut nos vultu & ut manu
Iuvitat! ut suas osculatur literas!

Quid hi ministri? diligentes admodum.
Pandunt, recludunt: verba orator cogitat.

Ut est, ne quid à populo intercipiatur anxius.
Suggestum huic. docere vult. Suggestum huic!
Ita probè in conspectum est, homo devotissimus.

TEC. Etsi auditores ut nunc, æque nuspiam
Meditatus in suggestum ascendi gentium,
Vester & concursus tamen & studium Ecclesiæ
Matris, & præcipua in audiendo attentio
Me facit, ut extra memet jam positus quasi
Nesciam, quid in finem aut quæram in proœmiū.
Auscultatoribus paratis illud est,
Præfari multis, odiosum ut nihil supra.
Namque animus jam spe plenâ attentus gaudij
Quid, nisi quod sperat, petit? eludit cœtera.
Pompas verborum nugas ducit, fabulas.
Proin quod ad salutem spectat omnium
Vestrorum animarum æternam vitam, Pontifex
Leo Decimus, Pater ille Maximus Optimus
Inexhaustum in suæ sinum Misericordiæ

ACTUS I. SCEN. VI.

Vel si quis matrem si patremve occiderit,
Quin has cum habebit literas, facti simul
Veniam numeratam habet numeratâ pecuniâ.

POP. Multum hoc est. TEC. tum si vel quis sem-
per Virgini

Matri Deiparæ vitium intulerit Mariæ:
(Etsi omnium ore nefas grandissimum foret,
A quoq; sanus meritò quisquis abhorreat,)
Tamen tanta horum virtus est diplomatum
Ut veniam in prompto promptam impetret, im-
petret.

MEN. Homo mihi me invisus, nequam siem.
Si non primùm domum jam proficiscor meam,
Omnesq; priùs exhaurio loculos bona
Quàm amittant isthæc promissa liberaliter.

POP. Doctor, non tua vox isthæc hominem ali-
quem sonat

Coelum loqueris, nos omnes in cœlis fumus.

TEC. At in istis terris miseri sunt hi stipites
Superis inferos præstare quibus persuadeas.
Vix risum teneo, nam se venire nesciunt.

Non hoc extremum est: igni expurgatorio
Hisce literis familiam facilè quis eximat
Dum quod sat est mercedis intercesserit,
Simul nummus in cistam projectus percrepat
Animæ cœlos salutæ rectâ petunt via

POP. Istud præter alia demiramur maximè.

ACTUS I. SCEN. VI.

TEC. Heus vos! heus vos! ad sacra mercimonia,
 Vestram hodie miseri expectant majores opem,
 Qui quod ab ipsis accepistis superstites,
 Ut de eo suis consulatis animabus rogant, (mis.
 Orant, obsecrant: POP. permirum id est nimis, ni-
 MEN. Omnino hominum omnium sim homo in-
 gratissimus,

Nisi jam primum ego eodem nummo istoc aureo
 Omnes exolvo quotquot majores meos.

Esurire malo cum uxore cumque liberis,
 Quam in majores beneficia pratermittere.

Atque o bone vir, quem peperit sudans plurimum,
 Aureo hoc nummo quot restituis in integrum
 Animas? ego esuritum ibo domi meae

Dum pro maximis majorum beneficijs bonum
 Hoc facere queam. TEC. Enim vero rusticellule
 Unus ad unam vix satis est nummus aureus.

Atque pro pauperior cum sis, quid te faciam?

Injice. MEN. o vocem divinam! salvae! clanxit
 hoc.

Universas vigilare totas noctes jam volo
 Duraeque divinam tantisper facere rem
 Fami, dum memet ipsum & miseram familiam
 Delictis purgem ab omnibus pecuniâ

Hoc primum est quod fiat. Nam si salus
 Animarum firma, cura corporis altera est.

TEC. Recte mi vir! Sapis. utinam exemplo! tuo

Omnes

ACTUS I. SCEN. VI.

Omnes postpositis rebus corporalibus
Animæ primam dent operam, corpori alteram.

TIM. Homo! quod bona cum pace quæsitum vo-
Estne ita, aliquis ut sit ignis purgatorius? (lo,

Quem concionatores ad vulgum crepant,
Et, percipiturne in illo gravissimus dolor?

Quod item ad ravim exclamant Pontificis rabulæ.

TEC. Quæso id tute in dubium vocas? TIM. Immo
audies?

Ego quod illi adeò nobis gregi inculcant suo,

Id Delphico longè oraculo verius reor.

At unus restat etiam scrupulus mihi.

TEC. Dignus es religione cum tua, odio. TIM. di-
gnus es?

Amore utique, haut odio. TEC. Quid autem jam
illud est?

TIM. Animæné inhumanissimis cruciatibus

Atque pretium primùm hunc in fiscum spargitur

Exolvuntur, quod dixti modò, liberæ?

TEC. Nam cui dubium? TIM. Fitque Pontifice au-
spice maximo

TEC. Ita ajo, inquam. TIM. oportet igitur Pontifi-
cem virum

Immanitate præditum immanissimâ

Esse, & nihil ad diritatem facere reliquum.

Quippe cum animas miseras verbo extrahere uni-

Ex ærumnis istis queat & ejulatibus, (co

Cur vociferarier cruciatus malit hic,

ACTUS I. SCEN. VI.

Quam sine precio afferere excarnificatas manu ?
Non cum dives sit, suum precium interponeret ?
Christe ! obsecro, factum Pontifice dignumne est
hoccine ?

TEC. Homo, Papæ, quid facis ? nemo aufit dicere,

TIM. Neq; scio quid dicam, neq; quid conjectem

TEC. Istuc fac. hoc eme ut securus ambules. (ego.

COR. Etiam ne amplius ? emam ? Titivillitium.

TEC. Apage sis scelus. 1. Quis non rideat deliria ?

TIM. Istuc agitur, nummi atq; animarum salus.

2. Hunc ego triobulum pono. 3. Ego hunc denariũ,

Angelicum. 4. Semuncialem ego. 5. Uncialem ego.

6. Ego Philippeum. 7. aureum Rhenanum ego.

8. Ego coronatum. 9. Ego vero scutum aureum.

10. Ego rosam nobilem. TIM. Minam Lusitani-

Et atticum talentum magnum, si placet, (cam.

Effundite. Aurum nullus Orcus appetit.

Alia est vorago propter quam ista fabula est,

TEC. Fatim dedistis. Liberati estis fatim

Respirandum paulum à laboribus est mihi.

Aliquam dicendo solandoq; exhausti animam.

Ego ille Tecelius cum Apostolo Petro,

Meam mutare conditionem non velim.

Namque ille quos cum concione Evangelij

Eripuit Stygijs animas Draconis faucibus,

Ego illa quòtuplo vos obsecro venialibus

Hisce meis ego conduplicavi literis ?

TIM.

ACTUS I. SCEN. VII.

TIM. DEUS OS Satanâ impudentius utinam increpet!

TEC. CRUX hæc Leonis insignita insignibus si non
Si non Christi crucem superat, æquat tamen.

TIM. Isti rei execrandæ cur aures vacant?
Cur non tellus huc absorbet logodædalum?
Et circulatorem bipedum nequissimum.

POP. Maria! quanta nobis ille prædicat?

TEC. Hoc pacto è paupere Papam faxo divitem.

Romam mitto, Magdalena Leonis esurit.

Nam quod nuper missum, abligurimum arbitror.



ACTUS I. SCENA VII.


MAGDALENA.

Q Vi facinus aliquod audax inceptare vult,
Non facilè doctiores homines ceperit
Ad conandum, fallendum, mentiendum adco
Quam qui olim infamen meriti crucem fuerint
Carnificis, isti projectâ impietate sunt. (manu in
Quam rem Tecelius esse testis magnus potest.
Hic cum OENI effugerit, haustu adulter fluminis,
Quam sævit in crumenas oræ Teutidos!
Quam splendidè cum doctis tum plebeculæ
Imponit! aureûm quantum nummum mare
Exhaurit! miseros homunciones territans
Queis fabularum larvis haut equidem scio.

ACTUS I. SCEN. VII.

Meæ puellæ melius magis comptas dein
Vos ingredi & fluitare vestes addecet.
Heus charta fallendum tempus ludicras,
Nos lusitamus, vos ornate. frater est
Hodie visendus vivens ad genium suum.
E Germanorum peccatis, incedite
Lætæ, thesaurus orbis omnis noster est.
Commisce chartas, sed fasciculísne integer?
Hic ludus usquequaq; dissipatus est.
Folia quatuor familiæ totidem: Senio,
Trias, pentas, quaternio. coràm vide.
Aperte ludo, namq; idem est periculum
Tectè, palam. Sed hoc edico tamen prius
Non quot, quas si quis colliget, istic victor est.
Opere autem quid tam magno admoliuntur hi?
Peccata sunt Teceliana. Quæstus hic
Magnus est peritam ad quæstum imprimis habere
avim.

Aremboldiana non minoris illa erunt,
Mulier quondam vera verus Papa fuit dolo.
Leo frater Papa est, ego soror reditus voco.
Quod volo facit: non item quod vult iste, facio.
Sic satis grave hoc est. Saxum movetis aureum
Hoc aliquem ego, tanquam Deum ritè conse-
quor.



ACTVS

ACTUS I. SCEN. VIII.



ACTUS I. SCENA VIII.

LUTHERVS. TIMOTHEVS.

LUTH.

QVæso, quid narras? TIM. id quod mecum
prudens, sciens.

Vivus, vidensq; multus populus audiit,

Emit, vidit, legit, fleuit, gavifus est.

LUTH. Hoc illud est. Eheu! sanctissimi Patris
Nomen facinori tam audacter usq; obducier.

Simoniam quis fando audivit gentium

Infanam? si non hæc omnium infanissima est.

Aliquid horum relatu externo accepimus;

Vt crederemus, animus haut inductus est.

Cum certum esse audio, totum corpus tremit,

Horrent pili. Blasphemias! Blasphemias!

TIM. Sexcenta verò alia. eccum! eccum! rem ipsam!

Magno emptas, preti nullius inanes magis (litteras

Quàm nux vitiosa. LUTH. ô Timothee! rectè agis

viâ.

Quid verò istic hominum cõfluxus tam frequens?

TIM. Hic ille insignis est circumforaneus.

Haut aliter apparet quàm dentifragibulus

Mirum vociferatur pueros putos logos.

Verbum quod garrit alterum mendacium est.

LUTH. Quid autem hoc sibi vult? campanarum

impulsio.

TIM



ACTUS I. SCEN. VIII.

TIM. Ut magis eo occupetur populus nescius.

Accede etiam propius ad myrotheca.

Quas noctu scriptitare schedas vendunt diu

LUTH. Cœlum est venale Deusq; o veriverbium!

TIM. Ut distributis servi rem agunt operis suam!

Ut nummos versant! ne moneta fit improba.

LUTH. Hoc veræ specimen nundinationis est.

Certè! hic doctorum agyrtarum manipulus est.

TIM. Audi autem orantem voce bonâ Tecelium.

TEC. Sistat venditio paucis, sistat emptio.

TIM. Quas nescio jam musitat præstigias.

LUTH. Præstigator hic quidem Pœnus probus est.

TIM. Mundus vult decipi. quod gaudet Pontifex.

Nequaquam esse oportet Papam Pastorem, oves

Qui sic deglubit vivas, cumq; mortuas

Ex igne liberare expurgatorio

Possit, torqueri malit, quam dare liberas.

Obsecro autem quantâ ostentat bullam! somnia

Mercedem Princeps Pastor Romanus (hoc palam

Habet intimos. Animas quære, mera nenia (est)

Blateramenta, centones, qui non aut dormiunt

Vigilantes, aut somniant, cuncti hæc intelligunt.

TEC. Qui religiones commendatæ sacraq;

Omnia; Leo Pontifex, (TIM. Vah! ritus, obsecro)

Hanc mihi concessit facultatem (LUTH. Sile,

Tace) dare veniam etiam impœnitentibus.

LUTH. os durum. TEC. Tantum ad ædificandam

Qui largitur Petri vitæ securus est. (basilicam

Etiam

ACTUS I. SCEN. VIII.

Etiam, inquam si culpam haut agnoscat. LUTH.

Impune à ludione sacra omnia ludier! (Hei mihi!

TEC. Ego quot animas indultu exemi meo,

Totidem Petrus Evangelio nuspiam suo

LUTH. ô flagitiosas nundinas! TEC. insignia

Hæc est crux Christi præstant ipsius cruci

LUTH. ô fratres! cur impostori fidem impio?

Hoccine est Christianum factum? Christe tuam fi-

Istam factitiam mendacis hominis crucem (dem!

Et istud signum, magicum, idololatricum

Conferre cum Jesu Christi? & anteponere?

Fili Dei? hæccine grata beneficij tui est

Memoria? ô cœlum! ô terra! ô sidera omnia!

TEC. Hæreticus! hæreticus! hæreticus! hæreticus!

Hoccine est Pontificis sanctitatem vererier?

LUTH. Tuné hanc crucem? TEC. crucem inquam

Pontificem crepes.

Quem; quàm institores omnes pluris fecero

Lutherus unus. TEC. apparet videlicet.

LUTH. Videlicet, istuc nemo jussit Pontifex

Præstigiari, Christi crucem postponere,

Graculum præponere Petro, vivos mortuos,

Captandi causa argenti consultis dolis

Deductare, pridem rebus afflictis oves

Emulgere, exorbere succum sanguinem:

Ædem facere ex ossibus & pelle ovium Petri.

Hoccine te Pontifex docet? deglubere.

POP.

ACTUS I. SCEN. VIII.

POP. Jam jam illud aliud est, quod audivimus.
Teccli. possit vendi culpæ gratia, (LVTH. Vale
Annon, faxo ut significem maturè fatis.

Qui vultis aurum pro mendacio date.

POP. 1. Istuc facere non parva religio est mihi

2. Ego antesignano Indulgentiario

Fidei, quàm par est temulentæ mulieri,

Tantum habeo. 3. memet hoc à nugivendo agam.

Christus redemit, quare precium jam est opus?

4. Gratis precio: Christus, Papa: non intelligo.

TEC. Lutherus est, hæreticus est, hæreticus est.

5. Primum quid esset nesciebat: postea;

Hæreticus est: hæreticus est: non sufficit.

TEC. Hæreticus est. cremandus igne hæreticus est.

6. Cremandus est: Hæreticus est: nulla ratio.

TEC. Hæreticus! hæreticus. 7. cur jam non audio.

8. Hic princeps Sycophantarum est Tecelius.

9. Ad officinam stare sycophanticam

Operæ precium non est: emere multè minus.

10. Satius Lutherum quàm Tecelium sequi,

Hic Papam garrit, ille Christo nititur.

11. Remissionem peccatorum vendere

Annon & Christi venalem habere sanguinem?

12. Qui meritum Christi vendit Juda peior est.

TEC. Cremandus est Lutherus. cur? populum mo-

Agite viri boni, fratres charissimi, (vet.

Ne vos Lutherum. animabus vestris invidet.

Vos

ACTUS I. SCEN. IX.

Vos plus Luthero? quàm Leoni Maximo.

Vos hanc, ô mei, bullam potius & hanc crucem.

13. Vereor ne bulla bulla sit, sit cruxq; crux.

Cerum est pecuniæ, petuntur unicæ. (est.

TEC. Merces meas; tam citò! Flocci! Nescio quid

Ego me hinc paulisper. Vos nonnunquam dicite,

Laudate, dum revertor. conciliate anus,

Si non alios potestis. Bullam exporgite.

Nonnunquam ventilate, crucem exosculamini.

Tametsi intus nequam, este tamen forâs probi.

Aliquid solus novi captabo consiliû.



ACTUS I. SCENA IX.

FAMVLVS LVTHERI. STUDIOSI. LVTHE-
RVS. TECELIVS. POPVLVS.

FAM.

Herus meus (res quorsum evadat nescio)

Multæ sunt causæ quamobrem voluit has

Hisce hodie à me affigi valvis Academicis, (theses

Ad hoc templum. Petit indulgentiaros.

Pars mihi cum illo precij sit æqua non velim.

Invitus facio. Namq; in prompto est periculum.

At ille caritatem & conscientiam

Causatur suam. Fiat volente numine.

At ut exivi à Luthero, quæ turba sequitur

Studioforum? STV.I. Heus, heus, heustu, quid ap-

portas novi?

FAM.

ACTUS I. SCEN. IX.

FAM. Benè. Hisce clavis affigo. mox leges. 2. Age,
Est in Tecelium. Obsecro exemplum mihi.

FAM. Mon est mihi ad manū. Typographus dabit.

3. Ad Typographum adeo, dum multitudo diffluit.

4. Deus bone! quanta est hîc concursitatio!

5. Hoc, quod ego nactus exemplar, ad Tecelium
Cura, ut quantum potest, perferatur quàm citò.

6. Mi tu! hoc perlege. 7. Dissolvent argentariam

Teceliani impostores. Eheu mihi

Emi aliquid, perij si Lutherus recta ait.

LUTH. Ita fecisti ut jussi? Affixisti? FAM. Maximè

Jam dum doctorum mundus confluunt, legunt,

Gaudent, metuunt, irati, placidi sunt, fremunt,

Silent, defendunt, damnant, finis nullus est.

LUTH. Parum refert quos faciant commentarios.

Istuc oportebat, moveri orbem & inferos.

Jaeta alea. Incedo sic fatis animo bono

Causam Christi & sedis Apostolicæ sedulo

Ago, non memet ipsum, miror & audio.

Consilij utor Scripturæ utor & Dei,

Famule exi. O Domine da salutem, ô Domine da

Prosperitatem, tu me intus nosti & in cute;

Satius fanè quam memetipsum ipsissimus.

Fove me Jehova, causam potius fove, tuam

Scis qui faciam non spe aliquâ adductus aucupî.

Nulla hominis odio ullius quicquid ardeo

Non personæ sed causâ causæ fit, dolet

Meritum

ACTUS I. SCENA IX.

Meritum Filij tui , dolet gratiam tuam ,
Impœnitentibus vendi cœlum , dolet
Viam aperiri ad scelera istis indulgentijs
Novam, cùm dudum plures quam præstat sient
Venalis esse Christus recutitis nequit
Pariter Judæis, Turcis, ut à Tecelio est.
Non traduci potuit usquè sceleratius.
Cui minus dolet, huic robur & æs triplex ob pe-
ctus est.

Causa tua est, quam me vel tacente proteges.
Ego sancto tuo implorato numine
Ad disputationem me accingo, quod Deus,
Fortunatum velis. TEC. Lutherus disputet
Cum quo mihi consultum haut est configere.
Scripturam habet pro scuto quæ à me non facit.
Ornavi supplicationem, quâ meas
Bullas, meam crucem, nugasquæ cœteras,
In urbe totâ circumgestem publicè,
Tanquam sint Christi Corporis solennia
Ad id tam venusto sum ornatu. STU. quid istud
Adventasse huc gaudemus meritò seriò (est
Cum hic pompam bullis aliquam cogitat suis.
TEC. Omnia vos hîc ornatiores reddite
Salva res. concursus fit, vos me consequimini
Istac exhibitur cum sacris, huc redibitur.
Harum strepitu rerum nisi populum capio
Omnem scriptura etiã negat victoriam
Cùm æramentorum audietur clangor, ibimus.

D

LUTH.

ACTUS I. SCENA IX.

LUTH. Ad disputandum quos provocavi, neminem
Hominem video. Certum est rem tactam prosequi
Si scriptis agere mecum libet, libet & mihi
Deo adjuvante dissipatas nundinas
Videbimus brevi, quod me totus paro
Cumque indulgentiorum nemo sit
Qui congregiatur hanc arenam, vicinus.

STV. Ornatus est Lutherus. Jò triumphe! Jò

POP. Quid? impelluntur campanæ? quid jam novi

STV. Quid hac hyeme supplicationes volunt sibi?

Vide autem, ut ista gens trophæis fulgurat.

Miror quid est. Num festum Christi corporis?

Plenâ voce canunt: bibisse reor. Tecelius

Ipsè progreditur, atque qui ponè gestant sirmata?

Hic quia non sub dio, corpus Christi feret.

Verùm signa haut præferuntur, scutica, spongia

Columella, crux & cœtera. Hic insignia,

Hic arma video non Christi, sed Principis,

Deus tuam fidem! quid portat. Hei mihi.

Ingentem bullam, admiramur quò exhibit hoc.

LUTH. Viso ad mercatum. STU. En Lutherum opti-
mum. optimè. (tunt.

LUTH. Visus sum haut hoc procedit omnes me pe-

STU. Scortum ut in numellis ita stat hic (celius.

Hunc causa, conscientia, homines deserunt Te-

TEC. Siccine hoc fit? Romam primum scribo. fat

est. POP. & STU. Vale.

Ovis rectè hunc excipimus putidis. Vale.

ACTVS



ACTUS SECUNDI.

SCENA PRIMA.

STUDIOSI. BIBLIOPOLA. LUTHERUS. RECTOR.

STUD.

Sic volumus. sic jubemus. Francofurtiã
Quas attulisti, Tecelianas nisi theses.
Ita ut hoc audis verbum, das in nostras
manus

Numeratas, tergiversaris? BIBL. per obsecro
Sanctam Mariam, per superos, superas optimos;
Mihi ut per vos tranquillo esse liceat. STUD. dabis?
Centies eadem imperare & oggannire nos? re?
Heus! hoc tibi dico: utrum, dare visne annon da-
BIBL. Adeone ingenio esse duro & inexorabili
Ut neque misericordiã, neque precibus meis
Molliri queatis. STUD. imperamus, cogimus,
BIBL. Quas tam grandi mercatus sum pecuniã
Easne ut ego abjiciam? ipsimet cognoscite.
O malè conciliatas paginas! STVD. volumus dari.
BIBL. Hoc pacto rem nullam uxori atque liberis
Fecero, si quæ carè emi prodigenda sint.
STVD. Cur, quod flammis dicandum erat, venale
habes? (Tecelius
BIBL. Flammis? STVD. Ita quod fecit pro imperio
D 2 In

ACTUS II. SCENA I.

In Lutheri, nos facimus in Tecelij.

Quod ipse supplicî invenit, idem sic repperit.

BIBL. Oro ac obtestor. STUD. esurit: pugnos
edet.

BIBL. Apage, non placet me hoc lucis esse. STUD.
Verbero!

Das? annon? BIBL. precor. STUD. nempe ut focus
fiat hoc loco.

Chartarumq; tuarum animæ in cœlos evolent.

Auden' supplicium deprecari? BIBL. haut ausim,
ego.

STUD. Heus puer! hac citis quadrigis affixâ schedâ

Tecelianarum ad thesium infamem rogam

Studioſi omnis ordinis, minores, maximi

Ut catervatim primùm in foro sint, convoca.

BIBL. Adeone hominem invenustum esse quen-
quam ita ut ego sum?

O infelicem nundinatore! LUTH. occidi.

Quid turbatur? ad Rectorem adi puer. indica.

STUD. Ulciscenda hæc injuria in Tecelium est

Nam quis hoc illi cremare Lutheri theses

In mandatis dedit Imperator scitulo?

Pueri comportate ligna, chalybem (stas?) cedò

Pyritem, sulphuratum, fomitem. placet.

Concipit. ignis gliscit. sic focum excitas.

Hem! languescit, refice. Optimè jam splendet hoc.

Substerne ligni plusculum, ne decrepet.

Jam nunc huc octingenta illa exemplaria.

RECT.

ACTUS II. SCENA I.

RECT. Obsecro, quam rem nobis incipitis inscijs?

STUD. Quam nos scimus. RECT. mei. STUD. nemo non perstrepat.

Non jam quod audiamus; quod faciamus est.

LUTH. In hoc cine vos præcipites ruere consili?

RECT. Operam & oleum perdis Luthere, infantiunt.

Ad nihilum recidunt verba, quæ facis omnia.

Namq; it clamor cælo. LUTH. summum testor.

Cruciari cor mihi facto indignissimo. (Deum,

RECT. Disce ferre quod mutari nescit. exeo

Hac è turba. Invito me faciunt, quod libet.

LUTH. His quod libet licere statim putant sibi.


Bone DEUS quanta hæc seditio est hominum!

STUD. cedò.

Trade flammis. perpulchrum exoritur incendium

Cælum favillæ petunt. ardent blasphemix.

Perspiciuè stolidus est qui factum hoc haut probat.



ACTUS II. SCENA II.

TECELIUS. TIMOTHEUS. MILES.

TEC.

Q Venquam hominum esse ego non arbitror,
cui magis bonæ

Felicitatis omnes adversæ sient

In supplicatione cum bullis meis,

D 3

(Papa

ACTUS II. SCEN. II.

(Papa tuam fidem!) ut steti! ut me turpiter dedi!

TIM. Nempe quia vendidisti ridiculos logos.

TEC. Primum pluebat hominibus: nihili puto.

Lutherus ut apparet, citò imber diffluit.

Sum solus. nemo propter est. Factum est, nequit

Infectum. At hanc injuriam ultus sum probè.

Adversus quam frustra clamavi ad Teutonas

Eam sibi vendicandam sumit Pontifex.

Mox poenitere facti Lutherum sui

Faxo, si rectè Romam avaram calleo.

TIM. At istum faciet Roma misum, sat scio.

TEC. Quos autem vendo fumos huic plebeculæ!

Itaque æqui & justi vos hîc eritis arbitri,

Nunc cujus iussu redeam, quamobrem venerim.

Mercurius sum Pontificis, Romani Jovis.

Qui tametsi pro imperio vos, quod dictum foret,

Scibat facturos, quippe qui intellexerat

Vereri vos se & metuere ut, æquum ut est, Jovem,

Verùm profectò hoc petere me precariò

A vobis iussit leniter dictis bonis.

Illi impostori Luthero detis fidem

Nullam. ille iniquus ius ignorat neque tenet.

Nunc jam huc animum omnes, quæ loquar, ad-

vortite.

Debetis velle quæ velit. namque meruit

Papa universalis pastor; flagitat salus

Et vestra majorum & minorum. Haut negligi

Occasionem capillatam nunc convenit.

Quid

ACTUS II. SCENA II.

Quid contraxistis frontem? teneo quid animi

Hæc super re vestri fiet. Lutheri paginas

Eò miramini, ut fervetis nummulos.

Quas contra à me, has factas, scriptas, dictas legite:

Unde sit palàm, quid æra distent Comico

Auro. Tim. Æruscator quid miser garrit modò?

Conradi VVimpinæ è plumis Tecelius

Videlicet Pavo formosus factus est.

TEC. Quasque incepistis res, quasque inceperitis,

Securi estote, aperta porta gratiæ.

Tantum ad Romanam largiri est æquum Petri.

TIM. Alendæ id dudum domui servare expedit.

MIL. Concionator! satin' hoc, annon intelligo?

Etiam peccatum quod posthac peccabitur,

Condonandi facultas vera te est penes?

Non minùs quàm quæ olim iam commissa sunt

diu?

TEC. Ea res est, mi Vir. MIL. proximas igitur ve-

lim

Ad has in ædes intrò statim te prosequi.

TEC. Quod non molestum sit, sequor. dabo li-

teras.

MIL. Tametsi majoris paro quid postea?

Istuc gratiam non contemnendam, interpre-

tor.

TIM. Hi de rebus pacifcentur incertissimis.

Hic aliquid captionis miles cogitat.

D. 4

Gestio

ACTUS II. SCEN. II.

Gestio resciscere, uter in utrum tragulam
 Hi cogitationes omnes nunc suas
 Abjiciunt in rem nihili. quam? indulgentias:
 Quibus emundis vendundisque se lætos lucris
 Afficiant illi & illi in rebus omnibus.
 Teceliani proxenetæ plus satis
 Sunt instituti ad illas artes machinas,
 Adhibere in loculos, excutereque aniculas.
 Multi jam in libertatem afferuntur aurei,
 Qui in abditissimis hæfere capsulis.
 Sed lætabundum prodeuntem militem!
 Non huic anima curæ est Teceli aliud petit.
 MIL. Has opinor luculentè vendidit satis
 Hic intus literas mihi gaudet lucro
 At quanto sumpserit à me argentum hoc fœnore,
 Id de me faxo paucis diebus discere.
 TEC. Grates habeo Mercurio, qui in mercemo-
 Me juvit sexcentuplicavitq; rem meam. (nijs
 Scio inescare homines. rem Leoni fecero.
 Ut hoc animæ hoc in vidulo fiet, animâ
 Factum est Thraſonis; quid mihi negotij
 Quo vivat, quo pereat illius anima modo
 Eccum autem Lutherum ipsum. perij funditùs
 Heus vos! heus! heus vos! Maria! Mater! in ma-
 lam
 Quam rem servuli? quid derelictus? fœdiùs
 En unquam quisquam hominum quàm ego sto,
 stetit omnium?

Namque

ACTUS II. SCEN. III.

Namque hujus argumenta quâ feram? fugâ
Præcipitem me hinc aliquem dabo in solum locû,
Quod tutum magis quàm obtutus hominis hujus
Tandem apparetis? excite aliquis huc foras (est
Conradum Wimpinam qui confligat meam
Luthero cum hæreticissimo hæretico vicem.
Quidvis subibo, ne subeam hoc periculum.
Vos intus este. Wimpina exit. gaudeo,

ACTUS II. SCEN. III.

LUTHERVS, WIMPINA, TECELIVS,
SCHOLASTICI, MAGISTRI NO-
STRI, OXENFVRTIVS, ECCIVS, SYL-
VESTER PRIERIAS, HOSTRA-
TIVS.

LUTH.

Q Vem video exeuntem, & quem ingressum vi-
di modò?

WIMP. Ego Conradus Wimpina hic in insidijs ero
Succenturiatus si quid deficiet meus

Tecelius, idq; justus huc exire sum

Homo ipse nusquam est. declinat forum puto.

LUTH. Adeo ad virum? WIMP. Quem conspicio?

Lutherus est

Atat! LUTH. saluto te ornatissimum virum.

WIMP. Salve tantundē. Tec. consoluant amicius,

Non hoc placet factum, prodibo ut fulminem

D 5

Vultu

ACTUS II. SCEN. III.

Vultus nō secus, quàm si ab Acheronte veniã, erit.

LVTH. Quis ad nos festinat? mi Vir. WIMP. Tecelius

Is est? annon est? Ipsus est. Quid hoc hominis?

Quid vulticuli? LUTH. Virū cōvenire volupe mi est.

TEC. Occidi. gaudet. LVTH. salve salute plurimã

TEC. Sat salutis est. LUTH. gaudeo cū salvus advenis.

TEC. Quī me tam blandè appellas pauper divitem?

Istuc puto is, ut temet concilies mihi,

Qui nervos incido thesibus tuos meis.

Frustra quam quæris abs me inibis gratiam.

Flagitium hominis! LUTH. bona verba quæso. TEC.

cui? tibi?

LUTH. Aio inquam. Nam quid sumis Tecelī tibi?

Theses tuas quas dicis, hic tuas negat (stat hoc.

Wimpina, suas affirmat. TEC. Ain' tu? WIMP. con-

Unde, item haut constat. TEC. quasi verò mihi non

fit datum

Necesse cūm est, cumq; res ipsa cogit, in altero

Quærere operam ocio, cūm mihi ocium non est,

Dum sit ocium. LUTH. id dum hominem genus e-

rit haut erit.

TEC. Et quam tu habes facultatem sponso gregis

(Rectēne Wimpina? WIMP. sponso? ita) sponso

inquam gregis

Christiani, Pontifici Romano illudere?

LUTH. Quem ut par est, ego. TEC. tu scilicet? WIMP.

tu scilicet?

Luth. Omnib; veneror. TEC. veneror! WIMP. vene-

ror. TEC. risum nimis.

LVTH.

ACTUS II. SCEN. III.

LUTH. Veneror, inquam, TEC. ægrè. WIMP. conti-
nui. LUTH. summis modis.

Vos autem? TEC. qui? WIMP. Nos? LUTH. tu & tu
inquam, cum manipulis

Præfidiarijs Francofordiæ atque Lipsiæ,
Sanctissimam Pontificis famam, laudibus
Chartacearum veniarum annon luditis?

SCHOL. Nos? LUTH. Vos verò. TEC. hinc? WIMP.
garrit hic. TEC. mera somnia.

LUTH. Immò auditis hoc ipsū, quod verissimū est.

MAG. NOST. Nimirū hic solus sapit. homo ô deliri-
Quorū animi plantas Pontificis dudū colunt, (um!
Non sublimem pedem: hos tu nos parum putas
Exosculari Papam, decreta, canonas?

Ecclesiam parum vereri? ludere

Plurimū? LUTH. quos? MAG. NOST. nosne? LUTH.
nosne. qui nos? nescio.

MAG. NOST. Nos. TEC. agite. WIMP. agite, MAG.
NOST. agite. TEC. hinc? WIMP. nosne? MAG.
NOST. nosne. LUTH. Vos.

MAG. NOST. Nos. LUTH. Christe tuam fidem! qui
horum clamor hominum est. (sumus.

Nam qui vos estis? MAG. NOST. magistri nostri nos
LUTH. Vestri? MAG. NOST. non vestri. Magistri No-
stri nos sumus.

LUTH. Cū sitis, quis magistros constituit meos?

MAG. NOST. Non magistri mei, magistri Nostri nos
sumus.

LUTH. Illi magistri nulli sūt. MAG. NOST. injuria est.

ACTUS II. SCEN. III.

OXENF. Magistros illos, Magistros Nostros hic vocat.

LUTH. Magistri Cui vos, quid ad me hoc attinet?

MAG. NOST. Iujuria est magistros Cujos nominat:

TEC. Agite. LUTH. Magistros hos scire perparum, liquet.

TEC. Agite. MAG. NOST. magistros Hos dicit. quid hoc rei?

LUTH. Quis mihi qui vos? MAG. NOST. magistri nostri nos sumus.

LUTH. Omnes utinam nostri simus primū omniū Magistri, pōst aliorum. MAG. NOST. isthæc injuria est.

MAG. NOST. Magistros aliorum nos vocat. nostri sumus.

LUTH. Este sanè vestri per me. Stulti est, qui suus.

MAG. NOST. O impudens dictum! LUTH. Responsum, haut dictum id est.

MAG. NOST. Magistri nostri nos sumus. LUTH. nostri. MAG. NOST. Tui

Quidem Magistri aut gregalium nulli sumus.

LUTH. Utinam nostri sitis. quod melius magis foret.

MAG. NOST. Pater Oxenfurti! Magistri Nostri non sumus?

OXEN. Vermis! magistros Nostros esse hos hoc scio. Manifestū, honorificos etiam explodit gradus.

Nempe lolium nullum solum. LUTH. Vir mi prius Salve.

ACTUS II. SCEN. III.

Salve. *OXENF.* à te homine? à nullo salvere minus
velim.

Quare, qui sunt, Magistros nostros non vocas?

LUTH. Ego? Magistros nostros dico. esse se negant.

Magistri nostri! *MAG. NOST.* Non sumus. *LVTH.*
audis? *OXENF.* audio.

LVTH. Linquamus hæc. Vos istuc, indulgentiæ

Quæro, vestræ thesaurus sunt Ecclesiæ?

OXENF. In ipso tempore advenientē ipsum Ecclesiū,

ECC. Hoc quidem profectò certum est, Lutheri il-

Nisi animum ego, pertinaciâ qui diffluit. (lius

Retundo, redigo, ut quò se vortat nesciat:

Nemo doctorum vicerit quisquam alius omnium.

Ad hanc rem obeliscos in lucem dedi meos.

Scriptum apprimè doctum, apprimè scholasticum

Gratum opus Papæ facere spero haut ingratijs.

TEC. Luthere! ut animus jam est tuus? palmam
cedò!

LVTH. Habeo videlicet hoc quod à me postulas.

ECC. Luthere! *LVTH.* mi Ecclesi. *ECC.* quæ te ince-
sunt Erinnyes.

LVTH. Men' Ecclesi? quam rem dicis? *ECC.* eam
quæ res adeo est.

Qui confidenter usq; Pontificem tuis

Seditiosis impugnas scriptis. *LVTH.* Absit hoc.

ECC. Neq; dicis causa, quod fertur. *TEC.* Temerari.

Injurius, seditiosus, pertinax (tis

Hæreticus, schismaticus, malesonans, contumax.

Erroneus.

ACTUS II. SCEN. III.

Erroneus. *LVTH.* importunitati hæc largiar
Teceli tuæ. sermonem cum hocce conferam.

Adeoq; sic scripturâ dico interprete.

OXENF. Jubeo te vocem sistere. *LVTH.* quî, cum jam
Sermo haut cõvenit, quare silentiũ imperas? (mihi

OXENF. Infane viden' *LVTH.* quem? *TEC.* Sylve-
strum de Prierio

Apostolici sacri magistrum Palatij
Ordininis prædicatorum & sacrae Theologiæ
Professorem celeberrimum, Fratrem, Patrem.

LVTH. Imprudenti accidit. animo ignosci peto.

OXENF. Romanus est. *LVTH.* Intellego. *OXENF.* abi.
suspende te.

LVTH. Prius ludit in tecto hædus, quàm capra pe-
perit.

SYLV. Ille ubi est Lutherus? qui nunc si detur mihi.

SCHOL. Jò. *MAG.NOST.* Jò! *TEC.* Martinus despe-
rabit. *ECC.* oppidò

LVTH. Tace. præsto sum. *SCHOL.* ô immanem con-
fidentiam!

SYLV. Ego Leone fretus tantâ sum fiduciâ
Ac si loricâ instructus, ut etiam Satanam
Ipsum in futuro certamine non extimescam.

Immò avidus experiri cupio an ferreum

Nasum aut caput æneum gerat iste Martinus ut

Effringi non possit *LVTH.* tace, age ego præsto sum.

TEC. Te rogo Luthere. *SCHOL.* Jò! *MAG.NOST.* Jò.

TEC. animum contrahes tuum?

LVTH.

ACTUS II. SCEN. III.

LVTH. Difficile factu erit. *SYLV.* Quis homo ille audaculus?

Estné hic Lutherus? *ECC.* ô Sylvester ipse est-
Papæ contemtor, Vinolentus hæreticus,
Bohemus, seditiosus, procax, temerarius,
Indoctus, dormitans, ineptus. *OXENF.* & cætera.

SYLV. Salvè Deus. *LVTH.* tu Sylvester potiùs Dares.
Qui rumores ante salutem. salve Dares.

LYLV. Nisi te. *LVTH.* Occumbere nimis meris fatuum est nimis.

SYLV. Scis quæ insunt hoc tela in libro? *LVTH.* istuc nescio.

SYLV. Faxo scias. *LVTH.* id verò ac lubens. *SCHOL.*
Jò! *MAG. NOST.* Jò. *HOST.* novis

Exemplis sexcentis quaqua incedit, omnibus
Hodie hic ridiculosissimus ridiculo erit.

LVTH. Ut hi homines festivi sunt ante prælium!
Mihi fanè quod rideam longè est magis.

ECC. Scio illi corculum jam assultat ex metu

TEC. Atq; haut apparet. *HOSTR.* perquam perdoctè premit.

WIMP. At risum videtur, non metum. *SYLV.* In antiquum statum

Restituam credorè. *SCHOL.* speramus. *TEC.* scilicet,

Ut Papa obtineat; hæreticum in pulverè cremen

Ignes Romani. qui si languidi forent

Flatu ego meo excitem. *NAG. NOST.* in splendissimum focum.

LVTH.

ACTUS II. SCEN. III.

LVTH. Hui tam citò! ne spumas agite in ore, ne
ardeant

Oculi. TEC. perinde ut haut ita pridem subvolare
Incendio theses in auras à meo.

LVTH. Reddo legi. *SYLV.* sic satis placet? *LVTH.*

Sic. *SYLV.* ne putes
Desveta abs te reductum in arma frigidum.

Tridui laborem in opus istud absumpsi *MAG. NOST.*

Tuam fidè! *SYLV.* Tantâ læticiâ, ut nil suprâ (Deus.

TEC. Hem Luthere! nunquid hoc est permirum
fatis?

SCHOL. Tridui laborè in opus istud absumpsisse!

LVTH. cho!

Triduum? *SYLV.* Triduum inquam. *LVTH.* Et-

iamne id dubium sit mihi?

Qui video, quiq; miror quò minus libros

Hoc genus plures eodem triduo effuderis.

Pro corollario obeliscos Eccius suos,

Anthithesesq; Wimpina omnes Tecelius

Magistri nostri. Doctores Scholastici,

Hofstratus, Oxenfurtius, examen integrum

Vestrum. *SCHOL.* superbè nimis. *TEC.* satis fe-

rociter

LVTH. Satis, satis constat nobis quo præditus

Summo sis Eccii ingenio, ex amico hostis mihi.

ECC. Nimirum quia Pontificis factus hostis es.

Atque ego ut scias, nolui minuta prosequi

Aut ea, quæ scholasticè oppugnari potuerunt.

LVTH.

ACTUS II. SCEN. III.

LVTH. Modesta vox oppugnari: expugnari
Dicturum credebam, tamen risum moves.

MAG. NOST. Ridere convenit Pro cancellarium?

ECC. Quis sic? *LVTH.* quia non Scholasticè, Eccle-
siasticè

Sperabam. mi *ECCI.* at enim obeliscorum chaos
Nihil Scripturæ, nihil Patrum, Canonum nihil.

Certè eo ipso natus es Scholasticissimus.

Nam quid affers? furfures atque siliquas Scoti,
Gabrielis, cæterorum. obsecro nunquid pudet,

Magnificè promittentem spem hominum fallere?
Itan' hoc conflasti in diebus carnis privij?

ECC. Tace tu. quem esse ego puto infra omnes in-
Nisi. senties qui sim. Solum subitaneo (fimos.

Motu sine librorum adminiculo. *HOST.* me her-
cule!

Pauca adnotavi. *OXEN.* Amabo! *LVTH.* Formido
(malè.

Namq; hic morosè præmeditatus & libris
Instructus, non obeliscos, sed phalaricas

Arietes, bellicum omnem apparatus excuderit.

Demirror hoc, quid sit quamobrem non malueris
Asteriscos? nisi lux displicet, obuli placent

Ferruginosi. *SYLV.* quid hunc tibi exagitatio est?

LVTH. Quia se talem gessit. *TEC.* quid? hæreticis-
simè.

MAG. NOST. Itan' Romano respondere convenit?

LVTH. Hoc quæro. Quas jactatis emendas literas

E

Propicias

ACTUS II. SCEN. III.

Propicias thesaurus hæne sunt Ecclesiæ?

SYLV. Sunt. TEC. sunt verò. Ecc. sunt Maximè.

SCHOL. sunt. LUTH. istud est

Liquidum: thesauros istæ unde indulgentiæ

Dantur, haut esse temporales. Namq; istos vorant

Concionatores indulgentiarij:

Non item vomunt. SYLV. Hic ipsum Pontificem
fodit.

TEC. Ea res est. LUTH. Neque nominati sunt neq;
cogniti

Ad populum Christi isti thesauri Ecclesiæ.

SYLV. Nimirum Luthere quia nosse non placet.

TE. Rem acu. LUTH. Non sine causa thesaurum
Ecclesiæ

Istum claves Christi partas merito putò.

Ecc. Oro, obsecro Sylvester hanc veniam mihi,

Ut hunc perspicuè ridendum cum clavibus,

Quas thesaurum dicit, propinem hodie omnibus.

SYLV. Age quàm benigne Eccæ mi facio gratiam.

Non difficultas à me erit. tange, si potes.

Ecc. Maria! divi! divæque omnes cæteræ!

Ut festivè notabo hujus imperitiam.

LUTH. age. Ecc. inculta & exoculata propositio ea

Omninò. Nam cui thesaurus & clavis res una sit?

SCHOL. Captus est. habet SYLV. captus est. habet.

OXENF. vivat Eccius. (Heus

Ecc. Si Christus claves dedit Ecclesiæ ad quid?

Quis est iste thesaurus? quomodo clavibus patet?

Habes.

ACTUS II. SCEN. III.

Habes. mihi jure Luthere palmarium peto.

Ipsam vicisse videor mihi victoriam. (plodimus!

MAG. NOST. Cur non Lutherum rectà victum ex-

Os impudens! riden? LVTH. jam nunc non rideã?

Victorem! exuperat cujus stultitia omnia

Ecc. quid tu? clavis Thesaurus est propositio

Ensis Ajacis seipsum interimens. LVTH. Corruo,

Nisi tacitus es, commoriorque risibus.

Sic obeliscus ille centum-oculo Argo oculatior.

Amo. non benè potus hæc in carnis privio?

Clavis est ad pandendum thesaurum. miror nimis.

Quî minus ad cistam? quæ aliud, quàm thesaurus

Item ad seram? lapis est, qui non rideat. est.

Si placet allegoricum agere, obsecro cave.

Ne suppellectilem Romanam omnem huc conve-

cto opus. (anguillam tenet.

Ecc. Dî lubricum hominem! SYLV. nondum hic

Ecc. Clavis qui simul pandat & pandatur disputa:

Res eadem thesaurus & clavis sit ut simul.

Hunc ego jam perplexum teneo, ut si quis alius.

LVTH. Insulsissime disputatur thesaurum tuum

Nego. Igitur primùm istum astrue. triumpham de-

Ego distribuentem (claves) thesaurum voco. (in.

Tu distributum ponis, id est, ut clariùs,

Tu distributum à Papa, ego à Christo. accipis?

Obmutuit. MAG. NOST. Nos Eccio subscribimus.

LVT. Gens præceps, parū meã refert quid tu probes.

Quò te subducis? Eccie heus! heus! TEC. audax ho-

mo!

E 2

Ecc.

ACTUS II. SCEN. III.

ECC. Exaudire istas haut placet nugas tuas.

Hæretice? Boheme! vinolente! pertinax!

LVTH. Bona verba! HOST. Siccine homini Cancellario?

LVTH. Homini verò in cancellis. etiam clariùs.

Quæ Christus donat nunquid thesaurum putas?

SYLV. Multò sanè saniùs quàm tu. LVTH. Ne fremere

Thomista, tecum pariter volo congregari.

ECC. Ut nemo alius quispiam. LVTH. Atqui claves sunt datæ

A Christo? ECC. nam quis negat? LVTH. Thesaurus ergo sunt.

Christus quod dat thesaurus ipse unus est.

Tetigi Thraſonem. ECC. Est aliud quod agam, mitte me.

Clavis est thesaurus SCHOL. iò! ECC. ensis. MAG.

NOST. iò! iò! ECC. Ajacis est

ſeipſum interimens, SCHOL. iò! MAG. NOST. iò! iò! devictus est.

HOST. Etiam ridet? LVTH. non rideam? Eccè vapula.

Nove Ariſtarche, nove Homere, quæſo vapula.

Enſiſn' aliquando Ajacis ſeipſum interemit! an

Ajax ſuo ſe enſe? temulentus es? at ſcio

Beſtiam quæ ſeipſam comēſet illam ſomnias,

Proque eadem in enſem Ajacis raptus occidis.

ECC. ſeditioſus es, Romani ſpretor numinis

LVTH. Adulatorẽm! Enimverò unde Papa dat

Indul-

ACTUS II. SCEN. III.

Indulgentias, thesauri non sunt cogniti.

SYLV. Nominati & cogniti sanctis Doctoribus

LVTH. Thomæ cum primis. nam Thomistam te

Quasi ego curem quid ajat ille, quid neget. (scio.

SYLV. Visurus es autem è vestigio, an ego quoque

Et forte longè meliùs quàm tu manum ferulæ

Subduxerim & an sim purus Thomista. LVTH. au-
dio.

SYLV. Vel Jurista aut Cononista aut Paulista.

LVTH. voc velim.

SYLV. aut certè Sophista. LVTH. hoc ipsum est cer-
to certius. (mè.

SYLV. Tu me Thomistam vocas & quidem verissi-

Vide an tuus ordo peritiorem aut sanctiorem

Habuerit. Thomas est, ut scias, doctissimus,

Inter sanctos: inter doctos sanctissimus,

Quæ magni Besfarionis eructatio est.

Augustinum objicies. oportet jurgia

Prius sopiri vestra. SCHOL. Non potuit melius.

Istuc mordebit. LUTH. magna verba! verba sunt.

Authoritates Scholasticorum tu crepas,

Quæ mihi susque deque sunt. hominum videlicet,

DEus nobiscum per Prophetas. quos habes

Autores indulgentiarum? neminem.

SYLV. Non has scriptura: sed Romanus Pontifex

Cuius nobis longè major est autoritas.

LUTH. Iterum velim quæ dixisti modò dicere.

SYLV. Quicumq; nõ innititur. LUTH. Quid hoc erit?

ACTUS II. SCEN. III.

SYLV. Doctrinae Romanae Ecclesiae; LVTH. aperte
satis

SYLV. Ac Romani Pontificis tanquam regulæ
Fidei infallibili. LVTH. Omnia probate; Apostolus.

SYLV. Aqua etiam sacra scriptura robur LVTH. ho!
ho! SYLV. trahit

Et authoritatem, hæreticus est. LVTH. Vos ficcine
Ut hic scripto Dei verbo præponitis

Pontificem Romanum? TEC. maximè. HOST. præ-
ponimus (tifex

LVTH. Quî istuc in mentem vobis? summus Pon-
Homo est, falli potest. MAG. NOST. falli nequit.

LVTH. Ite modo & vapulate paululum in schola,
Quos jam certum est ne jota in sacris literis.

Ecc. Omnia hæc putato nos, quæ ille dixit, dicere.

LVTH. Quod si summus Pontifex vobis Gnathoni-
Istas assentitur voces, & congruunt (bus

Romani Doctores omnes; non Oedipo

Jam nunc opus conjectore, qui interpretes fiet

Miseris mortalibus, quis Antichristus aut

Quæ Babylon aut scortum quod sit Babylonicum;

Est Antichristus summus ille Pontifex

Romanus, Roma Babylon; vos Guathonici.

Non hoc est se supra omnes efferre superos

Scripturam suis mendacijs postponere?

Meretricij assentatores abscedite,

Vestramq; colite quantum fat est meretriculam,

Hanc hanc Deus certum est nudabit Thaidem.

SCHOL.

ACTUS II. SCEN. IV.

SCHOL. Ita ut tu paucis diebus ardebis, Leo
Decimus vivat sponfus Ecclesie. LVTH. centesimus.
SYLV. scripturâ nititur. frustra fumus. LVTH. ibitis?



ACTUS II. SCENA IV.

MAGDALENA. LEO. TECELIUS.
M I L E S.

MAGD.

VAcillat è peccatis partum Teutonum
Peculium. Ventri perquam metuo meo.
Nam quia, quis nescio, Lutherus nundinas
Veniarum, sanus sanè animi atque sobrius,
Divini verbo scripto numinis increpat.
Nummos reducunt homines, malunt parcere.
Miseram me! non abundare ut molestum erit!
O quæ gulam correpsistis in meam affatim
Scortationes, sacrilegia, homicidia
Scelera omnia, hei quàm durum hoc accidit mihi
Rerum omnium dein copia desuescere:
Quia auro expiare Teutones nos desinunt.
Sed eccum fratrem solum, animo quid prospicit.
Ebullit irâ, vereor quid hoc sit rei.
Adeon' ad eum? LE. non vivam nisi MAG. salute
mi
Frater te impertior summa. LE. soror. salus
Ipsa si velit salutem rebus perditis haut afferat.
Fodinae nostræ, auraria & argentaria,

E 4

Hominis

Hominis sunt incantamentis unius
 Monachi. Rationes, in longum quas feceram,
 Jam dissipatae. Monachus iusta disputat,
 At non sedis servit Romanae commodis
 MAGD. Malum factum! LE. malum, multum,
 quod nunquam auferet.

Sequere me intro, ubi consilium comminiscimur.

MAGD. Sequor, promissum est aliquid à Tecelio

Id huc brevi spero afferetur. TEC. nactus hoc

Sum auri, id quod Luhero rumpantur ilia,

Reges sumus, si Magdalena id audiat.

Vos este circum me, ne solus ut siem,

Neque tam facile mihi quis periculum creet.

MIL. Nuper admodum quod mercatus sum à Tece

Videbo ex eo quid capere possim commodi (lio

Jam nundinatorem illum vexabo probè.

Progressi sunt satis. opportunus impetus.

TEC. ô sancta Maria! serva nos. MIL. obtundite

Si quid repugnent. efficite mutos magis

Quàm piscis est. Teceli quod tui officii

Largire nundinas tuas. pugno haut malum huic

Pondus est, nisi das. verbum cave faxis. TEC. amo

Te, dabo. quietus dum sis. MIL. da, si. das. TEC. dabo.

MIL. Enim satis longus es. propera inquam.

TEC. per Deum,

Vos perque superos ad unum omnes perobsecro

MIL. Siccine ignavos aut negligentes temporis

Rerumque nostrarum observantes minus putas

Ut

ACTUS II. SCEN. V.

Ut tibi hanc lucem soli. rapite istum, tundite.

TEC. Atq; sum Tecelius. MIL. nos eundé volumus.

TEC. O impiorum flos hominum! quid? hoc mali
Vos criminis deprecaturus vos creditis? (homo es.

MIL. Quasi non jam dudum, ætatem. nequam tu
Annon hujus veniã exculpsi abs te aliquot minis?

Manum vides? cujus? eloquere. nisi jam. TEC. mea.

MIL. Et hoc signum? edic. TEC. hem! meum. MIL.

nugasné mi

Vendidisti? TEC. non. accipite. memet vendidi.

MIL. Te? TEC. meipsum. MIL. ignave quis te emat

Pili nullius es. disce quid inani gravis (teruncio?

Ære sacculus differat, onere exutus ambula.

Tu quod equites, non est. pedibus eas

Id siquidem Apostolicum magis, ut hoc sis sciens.

Illum ante omnes minimi mortales precî

Assecui graphicè. dein vivo liberaliter.

Miserum me! omnem vitam meminero hunc mi-

litem.



ACTUS II. SCEN. V.

LUTHERVS. TECELIVS. ECCIVS.

SCHOLASTICI. MAGISTRI NO-

STRI. SYLVESTER. HOSTRATVS.

OXENFVRTIVS. HIERONYMVS EPI-

SCOPVS ASCVLANVS.

LEO PAPA.

E 5

LUTH.

ACTUS II. SCEN. V.

LUTH.

Ista scilicet res longè ornatissima foret
Ratas adeò gratasq; habere has impias
Hominum expilationes imprudentium
Nempe istis ista viris objicienda parcius,
Ac si decretales de abusionibus
Quæstorum nil ad eos senatus scilicet
Lautus hominum lautorum, qui omnia elavant.
Quid autem illud est in expectati gaudij?

TEC, Evohe! ECC. Evoe. SCHOL. Jò. MAG? NO ST.

Jò. hò. SYLV. suppeditat gaudium!

Gaudio. namq; illum Lutherum jam fat scio.

A me in extrema redactum. LVTH. quî SYLV. Re-
plicâ meâ.

LVTH. Tuâ verò? de qua ad Lectorem ego optimū,
In hunc mirificè prædicans scripsi modum?

Has Sylvestri mei replicas tibi, optime

Lector, enixè commendo: commendatione

Enim mirum in modum indigēt, vel hoc nomine

Quod minas nescio quas parturiāt. ECC. Nihil hîc

Metuit? LUT. ora quæso pro ipsis ne abortiant. (sibi

TEC. Audax! LVTH. Benè vale & Theologorū ejus-
modi.

Miserere. SCHOL. jam calamū pernovimus tuum.

HOSTR. Se solum solus magnificat, alios malo

Jam magno suo raptat pro nescijs.

Rerum omniū hominibus nihili. LVTH. siccine æ-

Atq; ego, ut de aliis nihil, sic edico tibi (stimas?

Ignor-

ACTUS II. SCEN. V.

Ignorantiorum quàm te, asinum scire neminem.

HOSTR. Me? *LVTH.* te. *SCHOL.* hunc? *LVTH.* Hunc inquam. Siquidem hic Hoftratus est.

MAG. NOST. Reverendum hunc? *HOST.* hæreticorum magistrum. *SCHOL.* id palpitat.

LVTH. Te, qui magister Hæreticorum verus es
Ita paravi ut palàm sperem ostendere omnibus
Ipsis quadringentis annis proximis fuisse
Hæreticum pestilentiorum gentium

Nusquam, quàm te, ullum : sic satis dicta percipis ?

HOST. Nimirum qui omnes in Dialecticis dies

Consumpsi, docuiq; Syllogismos plurimos

Apostolicos, Martino tibi hæreticissimus?

Hæreticus hæretico ego sim hæreticissimo?

LVTH. ô miseros, quos excruciaſti in Logicis dies !

Nam quàm illud incõſequens est conſequens tuũ?

Hoc est contra ſcripturas, ergo hæreticũ. *HOST.* ita.

LVTH. Venustum Logicum ! ſcilicet mundus igitur

Totus, ipſaq; adeò Eccleſia ipſa hæretica erit.

Nam quia expers nulla peccati eſt Eccleſia,

Scripturam autem contra, peccatum vel leve

Nimis omne venit : jam certò eſt illud certius

Neminem omniũ hominum ſi vera tute prædicas,

Non eſſe hæreticiffimum. Quin & ipſe Pontifex

Quem ſanctiffimum dicimus hæreticus erit tibi

ECC. Quod iſtum verbis iſte perplexum dedit

Fieri non niſi incantationibus poteſt.

HOST. Niſi jam te. niſi. niſi *LVTH.* quid niſi ? canon

Thomæ

ACTUS II. SCEN. V.

Thomæ tui perspectus est? *HOST.* qui? *MAG. NOST.*
quid? canis!

Thomam hic totum quasi non voraverit suum.

LVTH. Cum omnibus intestinis. *HOST.* dic clarè.
qui canon?

LVTH. Bona verba quæso. *HOST.* sed scire volo.

LVTH. omne multiplex

Indestinatum parit confusionem. *HOST.* cum?

MAG. NOST. Priùs quàm tu. *LVTH.* priùs convictos
vos velim.

Contra Scripturas primò est hæresis, dein

Error omnis; tum quid dicit Paulus Apostolus?

Se peccatum contra legem Dei in suis

Sentire membris. hoc cine apertum jam est satis?

Jamne & Paulus hæreticus tibi hæretico fuit?

SCHOL. Quid tu nostrum? *LVTH.* quemnam? Pau-
lum illum Apostolum?

SCHOL. Non hunc. sed Hofstratum nostrum.

LVTH. cur, multiplex

Quod est, non distinxit? *SCHOL.* Tibi. si Dîs placet.

TEC. Nemo hoc verbis superior mi Sylvester est.

SYL. Atq; ego Pontificia hic jã ostentabo fulmina.

TEC. Quæ illi pili unius, ut nos omnes, haut facit.

At spero benè dum sint: fingi, ut non sint, queunt.

LVTH. Ego quid tui sit animi Hofstrate sat scio.

HOST. Nempe quia novus Deus. *LVTH.* Tute hos
velles nimis

Hære-

ACTUS II. SCEN. V,

Hæreticos omnes esse homines, quò sanguine
Miserorum homicidijsq; lucrum quærerēs,
Pectusq; diritate pasceres tuum.
I sanè parricida, sititor sanguinis,
Et inquire scarabæos in fimo suo
Dum discas quid sit peccatum, error, hæresis,
Et omnia, quæ ad horum spectant scientiam
Quid mirum? si optimos Articulos optimorum
Hominum pro hæreticis damnas. qui nec dum
tenes.

Quid contra Scripturas : adeoque eò minùs,
Quid sit damnandum, aut quid hæreticum. ECC.
Hinc illæ exostulationes, hic quia (istuc optimè.
Hunc dignis damnavit modis. LVTH. id seriò
Triumpho, ab hoc me damnatum cerebro obfiteo
Vivâ Stygiâ malâ merâ caligine.

HOST. Tu Christianus, tu Catholicus sis homo?

LVTH. Obsecro, ne te mentitum credant cœteri;

Ne unquam me dicas Christianum & Catholicum:

Semper autem hæreticum proclamato obsecro, ut

Qui pro me dicant, cœcus de coloribus (sient

HOST. Faxò hujus ut te pœniteat vehementiæ.

LVTH. Istuc, ut resipiscas tandem faxis magis

SYLV. Ille ego scelestam hanc constringam lin-
guam, cedò

Aures, oculos, Luthere. LVTH. jam quid hoc erit?

SYLV. Viden' LVTH. quasi chartas pridem nullas
viderim.

SYLV.

ACTUS II. SCEN. V.

SYLV. Prælegone *LVTH.* si libet, licet. *ECC.* jam certum id est

Hic ad nostros pedes abjiciet maximo
Sese cum fletu nos precatores paratum.

MAG. NOST. Illud ita fiet primùm. *LVTH.* lege tu, si legis.

SYLV. Leo Papa Decimus. *LVTH.* hoc verbum mi perplacet.

SYLV. Dilecto Filio nobili viro. *ECC.* cui?

SYLV. Friderico Duci Saxoniae. *TEC.* quo istic nititur.

LUTH. Hoccine sic, ad has garrere literas decet?

SYLV. Sacri Romani imperij Principi. *ECC.* fatin'

SYLV. Electori. *LUTH.* jam tanto gaudeo magis

SYLV. Constat Fratrum Martinum Lutherum impia.
Multa & hæretica asserere & publicè affirmare

MAG. NOST. age

Non incipis rebus tuis diffodere?

SYLV. Sed conticescit. jam loquimur fulmina.

Hortamur, ut Is Martinus Lutherus. *ECC.* occidit.

SYLV. In potestatem *LVTH.* Ovis in potestatem scili-

SYLV. Et judiciũ hujus sanctæ sedis sic uti(cet Lupi.

A te legatus requisiverit. *LVTH.* cœlum ruet.

SYLV. Deducatur. *LVTH.* miserum me! perij funditus.

Attamen non & alias habetis literas?

Nam quas adhuc audivi haut duco tantuli.

SCHOL. Hominemne confidentiorem luminum

Ille

ACTUS II. SCEN. V,

Ille dux & Princeps & moderator sol omnium
Post homines natos aspexit? susq; deq; sunt
Divina & humana isthuc omnia. *LVTH.* id audio.
SYLV. Sancti Sixti Præsbytero Cardinali, *LVTH.* Age
Triginta eadem Cardinales in die

Leo creavit, horum de numero hiccine est!

ECC. Quid hoc ad te quot Pontifex creaverit.

SYLV. Et Apostolicæ sedis. *ECC.* quam Romæ fixam memineras.

SYLV. De latere legato Leo præceperit?

LVTH. Nil quicquam. *SYLV.* quia nescis dabo hanc operam ut scias.

Cùm ad Hieronymum citatus Asculanum Episcopum
Benignitate abusus sis Pontificiâ

LVTH. Quis dixit Pontifici abusum patientiâ

Me suâ. *SYLV.* negas? *LVTH.* Sylvester mi, diem
cedo.

Nullæ calendæ. tertio & vicesimo

Augusti. ha ha hæ? quis non videat fallacias?

Vel cœcus. *SCHOL.* itan' idonei sumus tibi.

In quibus rideas! ô hominum homo audacissime!

LVTH. Vobiscum erit mihi nulla controversia.

Heus tu Sylvester, hoc signi scin' tu quid est?

SYLV. Sic ut digitos meos. Asculani. *LVTH.* &
hunc diem?

Quò jam? Respice ad libellum. hic quoto scriptus
est die?

SYLV. Etiam te nō monēte ridero. septimo

Augusti?

ACTUS II. SCEN. V.

Augusti. *LVTH.* Quid jam? hinc vobis, ut sapit bolus?

ECC. Non jam prandemus. *LVTH.* esurire sat scio.

HOST. Veneficus ludos tantum nos suos facit.

LVTH. Ne animum meum è tuo specta: immò certum id est.

Vos esurire. *HOST.* nos? qui prandimus modò.

LVTH. Scio te non concoxisse quem cibum dedi

HOST. Tu mihi? *LVTH.* Sic vivus vivo. *HOST.* hem! quæ hæc est fabula?

LVTH. Istuc scio esurire amatos quam procul Meo è conspectu. namq; omnem gentem volo

Jam facere vestram, ut non stetis vos seciùs

Hic hodie, quàm scortum in numellis publicis

Ad palum infamem virgis cum conciditur.

Nam viden' quo comparere jussus sim die?

Quot promittuntur? huc vultum tuum cedò.

SYLV. Video. Sexaginta. *LVTH.* videlicet boni.

Viri ad Nonas Octobres, igitur quid rei est

Quamobrem Augusto damner quasi declinaverim

Forum. summe ô Deus summam fidem tuam!

SYLV. Felices si emerferimus hoc piceo è luto.

ECC. Manibus, pedibus attinemur. *LVTH.* pecudes improbæ.

Est ille mos & stylus Romanæ Curia?

Vt eadem die citent? moneant? *SCHOL.* at! perimus!

LVTH. Accusent? judicent? damnent? *SYLV.* Minoribus.

Et

ACTUS II. SCENA V.

Et qui sunt, & qui fuere nefandum hoc nefas
Purgare nullâ ætate nulli possumus.

LUTH. Declarent? Præsertim tanto spacio. Host.

Fides

Omnibus suspecta meritò omnis Romana erit.

LUTH. Absentem? MAG. NOST. Facinus longè
hoc audacissimum est.

LUTH. Et ignorantem? TEC. fatius multò mihi
foret

Oeno justas dedisse pœnas, quàm hoc modo

Misero cum his miseris stare vel miserrime.

LUTH. Puer elleborum hisce qui capita purgent
sua,

Nam non sobrij satis mente constat perparum.

Forte est quem fingunt literæ vestræ. Leo

Inter rationem rei rationalis & rei

Ratiocinantis natus. sed præsto est puer.

Rem nullam, nisi fers Ellebori jugerum, facis.

MAG. NOST. Mirum quid hic inceptat? LUTH. vos
bibite prius,

MAG. NOST. Atqui satis sani sumus. LUTH. Non
estis Hoc.

Bibite. resistis? nares cedò. affatim bibe.

MAG. NOST. Quid hæc sibi vult igitur sternutatio

LUTH. Salve. istuc emunges expuesq; quicquid?
est

Quod cerebrum infestat. MAG. NOST. pfi! pfi! pfi!

LUTH. adjuvet

F

Hoc

A C T U S III. S C E N. I.

Hoc Deus vitia istic capitis quàm multa excreas.
MAG. NOST. Gratum cerebro levamentum accidit
meo

LVTH. Tu istic bibe jam : laudo. Noster non con-
venit ?

Immo quò caput quatit magis hoc meliùs magis
Da plusculum Tecelio puer. nimis
Incessit hominem pituita pro pocænio.

Hoc est helleborum hauri quò sit pulcriùs. scio.

TEC. pfi ! pfi ! pfi ! pfi ! pfi ! pfi ! pfi ! LVTH. conve-
nit ? TEC. heu mihi

Pfi ! pfi ! periculosa pfi ! est curatio

Pfi ! pfi ! pfi ! LVTH. profit. meliùs valebis postea.

TEC. Elleborosus nimis sum. LVTH. Eccì nares ce-
Educas hoc. Ultrò bibit Oxenfurtius (dò.

Et item reverendus Hostratus. uterque avariùs.

OXEN. pfi ! HOST. pfi ! OXENF. helleborum pfi ! ce-
rebrum hoc omne. HOST. pfi ! OXENF. elucet.

HDST. ab-pfi. OXENF. ab pfi. Ecc. insane nolo.

LVTH. sanum te nego,

Ut mea est memoria, te felicissimum scio.

Miror qui numerare haut sexaginta queas

Dies. Ecc. quos ? LVTH. nummam vacillat memo-
riola ? minùs

Quo morbum norit hoc ille augetur magis.

Quos Hieronymus Ausculanus comminiscitur.

Ecc. Istos ? quid ad me ? LVTH. ut citius potes, sa-
tius est.

Ante

ACTUS III. SCEN. I.

Ante oculos (nescis?) tuos. procancellarium!

Quid mecum multis Ecclesiis? quàm factum cito?

Nihil recordare. morbi magni periculum est.

Ecclesiis. At Ausculanus probiùs remissam viderit.

Ego istius cerebrum dispurgem gratiâ?

LVTH. agnoscis? malè. ECC. immò pessimè. LVTH.

quî sic? ECC. quia

Citiùs damnat quàm apparuisse te cupir.

LVTH. Istuc scio perinde ut oculos duos meos

LVTH. igitur adhibes? ECC. merui. bibam. fatim

bibi.

Psi! psi! psi! psi! LVTH. pitisus? exorbe ociùs.

TEC. ἀπνευσὶ ita ut proluimus nectar sæpiùs.

ECC. Vappam malim. LVTH. verum? hoc jam

fructuosius.

ECC. Quem video? LVTH. jam multò vides acu-

tiùs.

ECC. Hic Ausculanus ipse. LVTH. ipse? ECC. oc-

cidis?

LVTH. Non bibet. HIER. Elleborum naribus sub-

olet. Rei

Quid hoc? ECC. psi! TEC. psi! HOST. psi! HIER.

hic mundus hominum sternuit.

LVTH. Tute Lutherum citasti? HIER. Factum.

LVTH. libello? HIER. id ipsum.

LVTH. Et spacio duorum mensium? HIER. Factum.

LVTH. Benè.

F 2

Sorbe

ACTUS II. SCEN. V.

Sorbe hoc ut cum illis sternuas. cerebrum cie.

Quando citasti? *HIER.* septimo Augusti. *LVTH.* cie

HIER. psi! psi! *LVTH.* quando damnasti? *HIER.* psi!

psi! tertio

Et vicesimo *LVTH.* bibe. *HIER.* psi! psi! psi! Papa
author est.

LVTH. Rei malæ? *HIER.* psi! huius *LVTH.* bibe. Pa-
pa id autor est?

Dehortaremini. *HIER.* Video Leonem? is est

Quo iusti me citare Lutherum die?

LEO septimo Augusti Ec. quid ad te hominem?

HIER. Jam os comprime.

LVTH. Quo damnasti? Tertio *LEO.* tertio ejusdem
& vicesimo.



ACTUS



ACTUS TERTIUS.

SCENA PRIMA.

CAJETANUS, LINCUS, LUTHERUS, POPV-
LVS, VRBANVS ORATOR, PRIOR
IN S. ANNÆ.

C A I.



Tinam petitioni nullum Saxonis locum
Dedissem, de audiendo Luthero suo.

Nam, quæ afferuntur Pontificis modò
literæ

(Etsi de decimis egi sat infeliciter)

Cardinalatum alterum exhibent, Romanam ubi
Vrbem hæreticum Monachum deductum effe-
cero.

Quàm nullus rerum mearum satago! Dij mihi!
Factum malè! at cedò! hoc in mentem jam venit,
Hæretico nullam fidem. res sanæ sunt satis.

Electo quicquid hujus indignè feret,
Meâ haud tanti interest, Romam migrandum,
erit

Suas secum gestanti in manibus copulas,
In manus semel quòd si devenerit meas.

C A R D. Verùm si anguilla elabatur. C A I. Ve-
Abite vos intrò quòd satius cogitem (rum? legi

F 3

In hoc

ACTUS III. SCEN. I.

In hoc ad cogitandum opportuno loco.

LINC. Deus renascentem serenum Evangelii
Solem serua obsecro, & Megalandrum illum tu-
Lutherum. quas Cajetanus infidias locat (um
Disperge. miseri fumus. cætum serua tuum.

Sed quem video anhelum, pulveribusque obsitum
Peditem? Lutherus est. Deus tuam fidem!

Hoc cum periculo! solus! inops omnium
Rerum! hominum salve expectatissime omnium.
LUTH. Salve mi Lince, qui cum mihi commer-
cium.

Sempiternum ut sit Deum Opt. Maximum precor,
LINC. anime mi pedes? LUTH. Enim non est e-
quus mihi.

LINC. Nec non paulò vestitus obsoletius?
LUTH. Melius non potui. incedo splendidus satis.
LINC. Et hoc cucullo? sordido? LUTH. probus
probè

Animo dum sim meliore, vestem habeo insuper.

LINC. Insuper tibi suppeditat quid pecuniæ?

LUTH. Istuc est perparum Augustæ melius erit.

LINC. Malis esse solitum. benè est, bonis malè.

Si commodum sit hodie apud me ut sis volo,

LUTH. Non possum. LINC. cur non? quæso tan-
dem aliquantulum (est.

Parce tibi. LUTH. tantum ab re mea otij haut mihi

At cucillum utendum da si das LINC. id postea

Fiet. mane. LUTH. non convenit. LINC. qui sic?

LUTH. quia LINC.

ACTUS III. SCENA I.

LINC. cucullum do, & hoc bibere. LHTH. accipio.

LINC. verbum. LVTH. placet.

At ne de mansione. LINC. sic sententia est?

LVTH. sic. LINC. benè vale. LVT. & tu. lacrimas ex-

Miseretq; me ejus. in seditione (Deus (cussit mihi Bone!) volat ipse ingenij quidem aperti satis,

At quis ô Christe Jesu technas non callet Italas?

Quid verbis opus? ibo oculos effletum meos,

Et è vestigio Lutherum persequar. (homines!

POP. Populares. URB. quæ hos agitant intemperiae

POP. Si quisquam est, mundi qui totius fabulam

Spectatam velit expectatam Lutherum, cum

Ut se huc relictis rebus conferat forâs (3. is est.

Monitum volo. 1. hem quid hic? 2. Lutherus præstò?

Quem bigis in vehi videtis. POP. Deum fidem!

4. Hiccine tam se homo inhumano committit gregi?

Italo? POP. miserum, qui hoc odij in sese concitet!

5. Hæreticum hominem! alter jam hic Husus cre-

mabitur.

Miserum! 6. atq; hunc incrematu amitteris scio

LVTH. Venio Dei præsidio firmatus unius,

Eiusque me subsidio creditum, quis est

Qui non incolumem mortuum vivum. putat?

7. Hujus vitæ timeo. quanto præstabat in

Saxonibus, non coram Cardinale, dicere

Causam. 8. id mihi longè longè est persuasissimū

Os hujus VVitebergam nullum repeterè.

9. Aura cineri quàm propitia futura sit,

Ventis datur. 10. ignis officium faciet suum.

ACTUS III. SCEN. I.

10. Exite acturum ab opere faciundo, quibus
Lutherum volupe videre hæreticum principem,

12. Immo quibus confessorem constantissimum.

CAI. Turbatur, mirum quid est. POP. ô Luthe-
rum! CAI. heï mihi!

O hominem confidentem! VRB. quamobrem,
hic hæsitat-

CAI. Non credebam venire. tum illæ turbæ erant,
Damniandus contumaciæ. nunc cum venit,

Quam honestam comminiscemur causam?
perî?

Adit vel cum vitæ periculo; bonam

Maximè quam foveant causam oportet esse,
quis

Non sanus clamabit? non ulla pol mihi

Est auxili potestas, nulla consili.

Qui tandem huic remedium inveniam tanto
malo?

VRB. Remedium? Romam si mittatur, vici-
mus.

CAI. Vide autem multitudinem. quanta sequi-
tur?

Sed mecum intrò. VRB. sequor. PRIOR. salve
Luthere mi.

LVTH. Salutem plurimam. PR. sermoni haut
convenit

Hic locus hac tantâ hominum illuvie. LVT. quod
tibi, placet.

ACTVS



ACTUS III. SCENA II.

CAJETANVS. URBANVS. LANGMANTELI-
VS. PFEFFINGERVS. AVERBACHIVS. CAR-
DINALITII. POPVLVS. MINISTER.
EQVES.

A Ngustia ut consilium temporis neget,
Vtq; , quò spectemus, non suboleat tam citò,
Et apparatus mentiatur gratiam:

Agedum Urbane orator generosissimo abi, equo
Binis cum ministris ad Lutherum humanius
Ita ut excogitari nil queat, exora, meam
Vt se abjecto metu omni in aulam conferat.

VRB. fiet. CAI. at maturè. VRB. fiet. CAI. at dili-
genter. VRB. hoc.

Item fiet. CAI. iam has mecum rationes puto.

Caret fidei publicæ literis; hem captus est.

Non caret; recantari volo. quod si facit

Captus iterum. non video qui elabi queat.

Interminando, blandiendo captus est!

Succedet alterutrâ viâ: tum Cæsar in

Venatu, sed & ego cinxi leporem indagine;

Felicem me, ut captavi si sic cepero!

Quantam peperero gloriam? quas facto opes?

Pauper Lutherus mundum multum divitat.

Sed accingit se orator, laudo. VRB. sic satis.

Cum pompa incedo equo. CARD. perquam. VRB.

Volo scio

ACTUS III. SCEN. II.

Illi oculum utrumque monacho jam perstringere.
Tu autem præcurre, portis quò bipatientibus
Ingrediar. Sic accommodatè sedero?

CARD. ut Rex. tantum oratus monachum ob-
num capi!

Atq; hæ sunt portæ orator ingressui patent.

Quin & Lutherus opperitur. VRB. domine mi
Salve salute plurimâ, Lutherus es?

LUTH. Sum Domine, si quid mea tua Dominatio,

Velit. VRB. à Leonis Papæ Legato, Viri

Illustrissimo Cardinale Sancti Syxti ego

Venio ad te Luthere, qui quamobrem huc veneris
Pernocti, nempè ut causam diceres tuam.

Jam id ut coram se fiat Legatus jubet:

Tædium cui ne morâ conceptum exasperes,

Est ad eum quòd dicto confectere citiùs,

LUTH. In hoc sum, ut, quòd Dominus Legatus po-
stulat,

Idem à filio filio tanquam pater impetret suo

Cum graria. VRB. ô laudo noster. CARD. noster
quidem.

LUT. Domine. primùm est, quod volo, vos cōsequi.

VRB. at confestim. LUTH. primū inquam hoc est,
quod fecero. quid?

AURB. Hoc me responso occidisti Luthere. LUTH.

AURB. Jam ejus verbi memoriã omninò funditus

Omnino sublatam ac deletã oportuit? LUTH. scio,

Annon quid quæras? cujus? AURB. scilicet illius

Ad

ACTUS III. SCEN. II.

Ad marginem. LUTH. cuius ad marginem? AURB.
miror. in Breve

Pontificis: ubi; ovis in Lupi. jam scis? LUTH.
scio.

AURB. Quid autem scire, non cavere tamen si bi
Non hoc vitam suam ipsius illudere est?

Sed factos æquiores hostes æstimas.

Te pertinace videlicet. nullus sapias,

LUTH. Ne sævi tantopere. AURB. quid sæviam? tui

Me miseret, cum te, cumq; causam is perditum.

Tuum, tuorumq; aßeclarum sanguinem

Sitiunt. LUTH. ad eundum est. AURB. immò sed pu-
blica fide.

In omnibus osequentem habebis memet, hîc

Dum te. LUTH. emansum exclamant, turbas proh
quas dabunt?

AURB. Turbent porro quam velint, fides quàm eas
prius

Sit publica. ea res. amicus laudat hoc.

LUTH. Do locum invitus. AURB. dum das aliquod
me confero

Tu non exire bonâ fide recipis mihi?

LUTH. Recipio. Utrum autem amico monenti pa-
ream?

An Legato illi Cajetano principi?

In manus tuas commendo memet, mi Deus

Tute in partes in consiliumq; ducito

Melius



ACTUS III. SCEN. II.

Melius, fuisti dux viæ qui unus mihi.
Miserum me! meâ causa orbem totum moverier.
Verbum tuum lucerna pedibus meis Deus.
Tu meus es, quid faciat mihi homo? MIN. Luthe-
rus hic

Habitare dicitur. *LVT. H.* tibi committo me,
Commisi, committam, ô Jesu Christe ô Deus!
MIN. Certè hic est. precatur audio. *Leviuscule*
Feriam ostium. LVT. quid autè hoc? quis me quæ-
ritat?

MIN. Herus meus Dominus Langmantelides rogat
Impensè, si se ames, ad se ut venias, ait,
Sermonem sibi tecum de ferijs fore.

LVT. Præstolare subsequor benigno numine.

LANG. Fridericus Elector sapiens quid petierit

Augustanus meminit Senatus inclytus

De Luthero, ne vis inferatur, ne manus

Inaudito. quæ principis celsissimi

Longeque; sapientissimi clementia est,

In re justa, tum non præsentè Cæsare,

Quid est quod in medium putatis consuli?

Placere gaudet Senatus Principi optimo.

PFEFFING. Bonam mentem senatus nobilissimi

Interpellatione, cujus gratiam

Peto, meâ nolim huc illuc impellere.

Hoc mihi verbum credi à vobis jubeo omnibus.

Maximum Luthero imprimis cupere Cæsarem.

Namque; Monachus quid vester? nuper admodum

Cujus

ACTUS II. SCEN. III.

Cujus positiones non sunt spernendæ: ait.
Rem cum rasis inceptat. istuc sentient
Friderico principi jubere dicite,
Lutheri curam non contemnendam gerat,
Quoniam nobis opera ejus opus post paullò erit
Hæc hisce meis audivi vivus auribus.
Liquet salutem hujus ingratum haut esse Cæsari.
Hæc, salvis melioribus, mea est sententia
Lateat tantisper dum conductus sit domi.
AURB. Iam Cardinalitio Oratori venire se
Ocius bona pollicitus Lutherus est fide.
Vix alio præformidine. metuo homini.
Hoc illud est, quod rerum omnium primum velim
Pfeffingere, quod dixisti, idemq; ut sciat. PFEFFING.
placet.

Virum qui sit scimus apertum, ingenio ex suo
Qui spectat Tuscos artium plenissimos.
O sycophantiam delusam splendide.
LVT. quid illud gaudij, mi vir. EQ. quid? LVT. ob-
secro.

EQ. Nunc omnibus lætitijs non incedam ego
Qui Romanas hanc literariam tibi
In machinas oppono machinam. LANG. lege.
LVT. Placet hoc. AURB. item mihi. LANG. securi-
tatem habes

Expetitam Cardinalem congregari licet.
Atq; inde advenientem Oratorem. scis homo
Qui est. LVT. quem quoties? VRB. Luthere fidentem
verbis tuis Quando?

ACTUS III. SCEN. II.

Quando? te præstolatur princeps inclytus

Jam siste. tu tergiversarivelis?

LUTH. Egon' in istâ rem tergiversarier natus siem?

Non mi Vir. Jussa Electoris & procerum sequor.

Vsq; huc conductu laboravi. jam salvus est.

Jam sequor. Non meâ causâ sed Principis boni

Et senatus, qui politicas pollent tehnas,

Tenui; Deus dux primus dux antiquus est.

Velim isse prius. aliter visum consilio id est.

Jam, quod dixi, sequor. unum, ritus indica.

VRB. Parum est. in vultû, cum venis coràm, accide.

LUTH. Percepi istuc. testē tantum unū atq; alterum

Adduco. VRB. non molestum id est. propera etiam.

LVTH. Etiam etiam. VRB. laudo miser! nescit retia.

ibi est, ut redeat. aliud nosmet coximus.

LVTH. Orator tua me vox beavit, propero jam,

Quo jussisti ire thesum argumenta editum.

VRB. Viri facis officium. hunc al! ego in compedes.

Hic decrepare jam Lutherus incipit

Nam quod animi est, heu mihi, quàm confiet citò.

Quid docuerim scis Luthere Cardinalis est,



ACTUS III. SCENA III.

CAJETANVS, LVTHERVS.

CAI.

Romana tecum pax Luthere. assurge jam.

LVTH. In jus vocatus à Papa sanctissimo,

Et

ACTUS III. SCEN. III.

Et serenissimi Electoris jussu Saxonis,
Quæ morigeri Ecclesiæ filij provincia est,
Tibi me sisto Princes illustrissime,
Scriptasq; in indulgentias nomine meo
Theses, à me editas inficias haut eo,
Gaudeoq; queis peccare firm visus bonis,
Audire, & si, melioribus statim obsequi.
CAI. Responde, at ne longè & altè petito proæmio.
LVTH. Facio ad ea, que quæsieris, quàm humillimè.
CAI. Principiò ad quid visum obsecro fuit tibi
Cum tuis adversus indulgentias libris
Tum de Sacramento oppugnare Ecclesiam?
Itane es paratus tu facere sanctissimum
Papam adversum omnia infelix? tute cornua
Obvertas? absit absit hoc infantiæ.
Disputationibus forâs datis tuis
Non jam tota turbatur in Germania?
Quis quã medicinã aliquando adhibebit obsecro?
Non immeritò offensos habes quàm plurimos,
Minores, majores, humili, celso loco.
Ortos, quid pericli vides. Rerum primum omnium
Ego te efflictim, & salutem tuam desiderans,
Peto: principiò si memorum Ecclesiæ velis
Audire, in viam redeas, errataq; revoces,
Deinde in futurum abstinere ab iisdem recipias,
Deiniq; ab omnibus, queis turbari Ecclesia queat.
Sic prospicium Pontificem reddideris tibi,
Malaq; multa magna commodè evitaveris.

Vno

ACTUS III. SCEN. III.

Vno verbo tantum cane palinodiam.
 Ex eo enim quia Theologus haut vulgaris es
 Te mihi præter alios carum præcipue habeo.
 Euntq; istuc mea consilia ad unum omnia,
 Cum in magno doceas concursu discipulorum
 His Doctorem restituere, Papæ filium.
 Quod vulnus infixi Romanæ Ecclesiæ.
 Brevi sanare hoc verbulo, Revoco, potes.
 LVT. Ita ut dico res est Princeps reverendissime
 Importunis exactionibus suis,
 Quibus haut parum dehonestarunt Ecclesiam,
 Tecelius, & Teceliani complices
 Me effecere, ut in quæstorum illam immanissimam
 Avaritiam divino ferrer impetu
 A suspitione liberatum Ecclesiam.
 Namq; ut illi concionatores impij
 Docuere, Papæ cælum sacris cum omnibus
 Sordidâ prostat (horresco referens) pecuniâ
 Factum ut, quid indulgentiæ, perquirerem,
 Ibi tum in sacris nullum apicem inveni literis
 Quo niterentur, id quod themata mea edocent.
 E Scripturis astructa, quæ revocare nunc
 Non eruditum! rectius insanum id est
 Nimis, ut conscientiam integrâ nullâ potest.
 Tamen ad hoc alligo, si sit ut adversarijs
 Pariter imponatur silentium fore,
 Ut de indulgentijs nusquam posthac libris
 Spargam quò facere satis tibi Princeps puto
 Illustrissi-

ACTUS III. SCENA III.

Illustrissime. CAI. Hominem inter vivos mortuum
Quæritas, antagonistarum quærens silentium.

LVTH. Ergo igitur herbam ut dem & mihi nunquam placet.

Tum illud Revocare qui erroris haut sum conscius.

Nullus volo, in primis, tantisper dum sacra

Homo quis è scriptura meliora autor est,

Scripturâ teneor, quam religio proderet.

CAI. Scripturâ? age igitur è scriptura ut sis sciens

Sola tecum pugnare de indulgentijs

Martine volo. LVTH. id verò gaudebo Serio,

Quod ab adversantium nemine à tanto viro

Impetrare tandem. CAI. faxo optati compotem,

CARD. Sanè quidem non otio lum Pontifex

Ad eam rem hominem delegit. Hæreticum modis

Cogere in angustias omnibus paratus est

Cardinalis, si scriptura luctari velit, (deat.

Si aliunde item: jam huic animus necesse pen-

Non potuit melius! pro Romanam Ecclesiam!

AURB. Magnificum promissorem! orbem totum
obsecro,

Ut huic dictorum disquisitio ruborem

Iniecit sacrorum. quæso, os ut ruminat,

Nec tamen vocem edit: haud stultè sapit.

Screat. frustra. nihil incidit. viscera excreat

Sed scio prius. bene. fari incipit. CAI. videlicet

Non esse merita Christi indulgentiarum ais,

G

Thesau.

ACTUS III. SCEN. III.

Theſaurum Luthere? CARD. jam huc corquò ivit?

LVTH. ſcilicet.

CAI. Iſtuc te faxo ut hæſites mus in pice.

CARD. Hic jam ſacrilegus eſt probè perterritus.

CAI. Rogo te Luthere utrumne annon revocare
vis?

LVTH. Quo ſcrupulo injecto fiat nuſquam ſcio.

CAI. Extravagantem Clementinam unigenitus
Noſti? Vah! hominem pulcrè miſerum cepero.

LVTH. unigenitus? quam tantùm aliquot codices
habent?

Iterum legi atque iterum. quid inde præſidî?

CAI. perii. nam non legiſſe exiſtimaveram.

In qua Luthere. quò te concludum ſcio,

Theſaurus indulgentiarum proditur

Merita Chriſti & ſanctorum, id quod rectà ne-
gas.

CARD. Huic jam hæretico compreſſum os certo
eſt certius.

LUTH. Adeon' ego iſtuc igitur affirmaverim?

Cum ſcriptura meritorum ſanctis det nihil.

Nefcio quem me geram, hoc faciendum ſi fiet.

CAI. Scilicet cum auſcultas dictatrici Eccleſiæ,

Quem te geras neſcis? CARD. hic jam convictus
eſt.

CAI. Quid ad extravagantem clarius cedò?

LVTH. Scriptura cunctis quæ præſtat Extravagan-
tibus,

Quæque

ACTUS III. SCEN. III.

Quæque istuc merita sanctorum expressè negat.

Extravaganti Scripturam postponere

Uni, obsecro quâ fiduciâ id facere audeam?

CAI. Eadem quâ cogitata opposuisti tua

Addi potest? LVTH. Temeritatem hanc formido
ego.

CAI. Martine fili tum de Sacramento ais,

Nisi fide, in iudicium sumi. Hoc si erroneum

Non est, fateor nescire me quid error est.

Immò utrumne annon consequare gratiam,

Incertum oportet esse ficce? intelligis?

LVTH. Quid Apostolus? justus fide vivit sua?

Certum est, incertum magis mori, quàm vivere.

Justus non moritur, sed vivit, teste Apostolo:

Igitur incertum mors, vita est fides.

Vita & mors, hoc incertum interest & fides.

CAI. de generali fide haut ineptè disseris.

LVTH. Speciali. quid cananæa? quid centurio?

Quid? CAI. Speciali? speciali? speciale hoc ha-
bes

Luthere contradicere via istæcine est?

Ecclesiæ Sponsi Papæ audienda vox.

Tute? ha ha hæ laudis? LVTH. salvâ scripturâ Do-
mine mi,

CAI. Salva scripturâ? salvâ scripturâ? vaha!

Salvâ Scripturâ? Extravagantes disputas,

Scripturam allegas, quasi non idem Pontifex

Supra Scripturam, concilia, supra omnia

G R

Eccle

ACTUS III. SCEN. III.

Ecclesiæ. *LVTH.* grave hoc auditu mihi accidit.
Supra concilium non est, Scripturam minùs
Multo. *CAI.* Basiliensi quid acciderit tenes?
Concilio? *LVTH.* Parrisienses quid pernovimus.
CAI. Nec effugère. Sed verborum calamitas
Quorsum? depone errorem, in gratiam redi.
Nec quia in alijs exemplum nondum extat, tibi
Idem peccatum impune licere perputa.
Lutetiani precium ferent suum. cave
Tu scapulis tuis. *LVTH.* humanum à me alienum,
nihil

Puto. at in his errorem mihi esse pernego.
CAI. Memento revocare hoc die, nolis velis.
LVTH. Itaqué deliberandi spacium dari peto.
CA. Tridentinum eccum cuius adventus mihi
Esse, ut nunc, æquè nunquam commodus potest
TRID. Itan' adeò cum Monacho res est Saxone?
CAI. Videlicet. inter nos pugnatum accerrimè.
Paternè invito, interminor, perinde id est.
Revocare negat, errare negat, tempus rogat
Consilijs, nescio quibus: non cohæret hoc.
Quid jam? concedo? an his ministris impero?
Hunc pro hæretico comprehendant intus, copulas
Indant, Romam citis quadrigis provehant.
TRID. primam hanc abs te exoro gratiam? *CAI.*
quam? *TRID.* ne. *CAI.* esto, ita.
TRID. Hunc in presenti quoquam vincitum du-
cier,

Quic-

ACTUS III. SCEN. III.

Quicquamne fiat importunius? fide
Quando gaudet Cæsareâ publica, id quod
huc

Venire jussus sum, non sine periculo
Ut ne quid fieret in hominem. CAI. scitum ni-
mis!

Cavere Iolio, ne quâ falce concidat,
Adeoq̄ue in agros grassetur hoc impunius.
Nimirum è tendiculis cùm elapsus est semel,
Vocatus citò apparet, causæ securior
Honestæ. illi si capiunt, ecquis recipiet?
Sexcentę retinendi causæ erunt, capiendi item,
Cum vel una nulla est. AURB. gentem scimus. prof-
sus amat,

Rursum odit, quærit, argutatur: omnia
Nummi ergò, quoniam sunt tactæ indulgentiæ.
Videamus nulla, nobis negligentibus,
Cardinali cum sociennis insidiarier
Occasio sit. quam raptam, captam dictitant.
Ne imprudens in nalsam Lutherus incidat.
LANG. Eodem it senatus. cujus imperio virum.
Modò accersi jussi. præsentem in tempore
Euge ipso! Luthere unâ salute plurimùm
A nobis omnibus salve. sanæn' satis?
LVTH. Sic ut quimus, aiunt, quoniam ut volumus
non licet:

At causæ causa nullo jam ullo sum in metu

ACTUS III. SCEN. III.

Prolege conscientiae: nihil moror

Quid Ajus blateret, garriat Locutius.

Sum longus; hoc dico, benè sit vobis Mei.

PFFEFF. Augustus Augustensis senatus cui datum

Te in clientelam Eiector vult, hic quoad fies,

Istuc jubet, suo nisi jussu, nihil

Ne temere sumas. ergo mandatum illius

Ita ut Langmantelides vir ornatissimus

Pater Conscriptus, exponet tibi audies.

LVTH, Meritò & principem & senatum & vos o-

mmes amo.

LANG, Quando forte quas virtute, Roma calleat,

Pernovit satius Princeps sapientissimus,

Eoque fidei habet minus, à nobis tui

Aliquam optat esse curam, id quod principi pio.

Recusatum ire summa religio foret.

Jam quid tuarum partium pariter parum

Obscurum fuerit. Igitur visum senatui est

Quam autoritate Cæsaris & jussu suo,

Te salutem vocent vel si internuncij suam,

Hospitio ad Cardinalem ne pedem è tuo.

LVTH. Percipio dicta. morem gesserò libens

Tametsi ne fiat jactura temporis

Conferre causam cum Legato jam velim.

LANG. Non quod malis, quod præstat. LVTH. rectè

videro.

Meritò ne qua in re accusandus cuiquam fiam.

LANG.

ACTUS III. SCENĀ III.

LANG. Vale & implora senatus opem sicubi usus
est.

LVTH. Secundum Deum hoc patrociniū jam gau-
deo.

Nunquam herclè ex ista nassa ego hodie escam,
petam

Quod si ornatissimis etiam verbis vocer.

Jam primum quantis versatus fuerim in malis

Non nescio, sine publica fide, pedes,

Solus, viam tam longam, tum minus valens.

Vivo, quis contra nos si pro nobis Deus.

Discam deinde cautiùs mercarier,

Meumque amare bis tanto Auerbacium.

Huc hoc in claustrum memet recipiam meum.

Nulli. istuc certum est, nisi senatu volente fit,

Quatuor victores me hinc retractabunt equi.

Satis periculi capere ad ire. CAI. quid hoc rei

Urbane Orator? sicine Lutherus venit?

Non hæc temerè mora est, iterum age accinge-
re

Exora, blandire, expalpa, finge quidquid in

Rem sit. si que assentationibus tuis

Aurem patefecerit, tene ne quà tamen

Evadat: ne dic, sequere. adduc protinus.

URB. Sanè ac lubens. GAI. Non parvam injeris
gratiam.

LVTH. Quid orator? quàm foedè stabit? quando
ego

G 4

Venire

ACTUS III. SCENA III.

Venire promisi, nullusque id facio tamen
Obtemperandum judico senatui.

Hic me conclusit huc. perij orator iterum
Adest meditatus, tum sonipede sessitans.

Prodibo in conspectum. VRB. causam esse maxi-
mam.

Luthere oportet quamobrem non, id quod bona
Recipiebas fide, relictis omnibus
In Cardinalis aula, jam compareas.

Apertè ita turpiter me nusquam usquam dedi.

Dixi Lutherum consequi, falsus ecce sum

Non tua culpâ, quem stare verbis audio

Quàm aliorum qui fortè quid non inculcant
tibi?

Scis quid è Saxonibus veneris, commercij

Cum alijs rebus, cum alijs auribus nil sit tibi.

Hoc age, si res agis tuas, mecum ambula,

Quem Cardinalis opperitur oppidò.

LUTH. Indignum facinus me opperiri principem
Romanæ legatum sedis primarium.

Per me quantum licet, quantumque par fuit

Morem faxo geram, rationesque audiam.

Ite præsequor. URB. Luthere Doctor quam rem
agis?

Hæc illa verba sunt, quæ item dedisti heri.

Hicce tibi videor in quo Iudas idoneus? (cet.

Vt re infecta huc adeam abeamque, hoc haut pla-

Meritò his, qui te absterrent, totus succenseo.

Dominus

ACTUS III. SCEN. III.

Dominus Legatus, ne in te concipias metum.

Est mansuetissimus pater. AURB. ne. Pærius hic.

In mitra quæ sit perfidia haud credibile est.

LUTH. Mei vos, vosmet dictum factum persequar.

URB. Sequere properè. LUTH. Meus est ita paratus

Memet, nisi per senatum staret, sistere. (animus.

Nunc serviendum consilio est & tempori.

Eo ad senatum. AURB. Rectè, istuc. tecum ex eo.

Ibat equo Orator cum binis latronibus;

Neque tu solus ibis atque tuam sanctam fidem

O Christe Jesu. hominum quanta quanta frequen-
tia?

POP. Lutherus ad Cardinalem, ad Cardinalem abit

Lutherus, Lutherus, Lutherus Saxonum.

Hic ille est, alter, hic, alter, alter alter est.

LUTH. Deus bone! ut turbam Averbaci evadimus?

Sed quis me retinet? AURB. mirum, hoc in diluvio

Quis me reprehendit inquires. LANG. heus. quò
tanta frequentia.

Domini mei? AURB. Voluimus tuam amplitudi-
nem.

LANG. Collatum sermones ad te solum in locum

Redeamus quando vulgus tantum perstrepat.

Atque opportunum apertum hoc ostium. quid est

Quod me vultis? LUTH. oratore iterum misso vo-
cor

Idque satis pro imperio ad Cardinalem. LANG. po-
stea

ACTUS III. SCEN. III.

Venire dixti? LUT. velle, quod per me. LANG. placet
Faciendum quod Senàtui placitum fuit.

Ita res est. aliquod magnum cogitant malum.

Tametsi enim conductu Cæsar publico

Cavit, tamen adhuc inter hæret aulicos.

Domi esto semper, esto curæ maximè,

Ne quid fiat secus quàm volumus, de exitu.

LUTH. Enimvero Domini lucem haut fugio mei,

Nec quid expediat venisse me video, quia

Aditus ad Cardinalem tam suspenditur.

LANG. Noli Luthere, non quàm nos nosti Italiam.

Tu si venias publica sine nide. citis

Quadrigris properè aveherère Romam pessimam.

Ubi causam quàm dici feliciter putas?

Ratione agendum est, non agendum est impetu.

Si quid nisi pares accidit habeas tibi.

Nos quia longum haud erit conductum Cæsari

Expectare autores sumus, tuo sine

Quod sit periculo. LUTH. agite propicio numine

Præceptis vestris auscultabo perlubens.

Atq; eccos iterum Cardinalitios meos.

URB. Luthere isto habitu monastico parum facis

Rem indignam, amabò te, quid est negocij

Ob quam causam non Cardinalem convenis?

Hominem inauditæ virtutis & clementiæ?

Omnia quæ nocitura videntur sex literis

Declinabis propulsabisque facilimè

LUTH. Quibus his? URB. R, E, V, O, C, O sex literis

Ea

ACTUS III. SCEN. III.

Ea quæ impendēt, quæq; premunt mox transivert^s

LUTH. Ea res est! id, ut revocem, tractatis consili?

VRB. Quid syllabis tribus rem totam occideris.

AURB. Si revocas, occidisti. LUTH. Planū est occidi.

Atq; volo dum monstretur error obsequi,

CAI. Istam & vitæ & famæ & causæ dabis operam,

Nosmet ut consequare delinūtum principem,

Cui mora quid ciat, rationes facilè feceris.

LUTH. Ergo igitur verbis claris clarè dicere,

Orator rem volo. imperatum egredi

Nullò, nec ad Dominum Cardinalem ipsum prius,

Quàm publica munitum Cæsaris fide.

Satin' mandati & expurgationis est?

URB. Perij! astutè vulpinata hæc vulpecula est,

Non iterum capitur laqueo. Sed Luthere age

Hoc responde. certum est Cardinali haut credere

LUTH. me? VRB. te. LUTH. me ais? VRB. te maximè.

LUTH. viro cui? (viâ.

Cardinali? VRB. ita. LUTH. tota longè longè erras

Huic me & meam vitā & famā permitto. VRB. ais?

LUTH. Ita inquam. VRB. atqui fidem non habes.

LUTH. ego autem? VRB. ita.

LUTH. parū vera sentis mandato aliorum fit hoc.

VRB. Quid autem faceres? Cardinalem si manu

Haberes in tua, ut habet ille te in sua?

LUTH. Quid? omnē reverentiam, omnē obœdien-

Officia pro virili præstarem omnia (tiam

VRB. Titivillitium nihil est, id quod dictitas.

Tun'

ACTUS III. SCEN. III.

Tun' rere Electorem Fridericum principem
Causâ in discrimen adducturum suos tuâ?
Tuamq; prælaturum terrarum omnium
Suarum saluti salutem? istuc ne somnies.

LUTH. Istuc nunquam fiat. causa sic habet mea
Ut cum nullius hominis damno juncta sit;
Contrâ autem in rem longè conducat omnium
Non in præsentis, sed futuriq; seculi.

Natus est Lutherus nato nocere nemini.

URB. At si te Elector nudum destituit, ubi
Terrarum hæere posse jam putaveris?

LUTH. Vbi? sub dio. cœlum capax quàm est obse-
cro?

VRB. In qua te civitate tandem vivere
Arbitrare, qui tam audacter responsas mihi?
Animo cogitare poteras hoc, non eloqui.
Di monachum, risu qui tantùm nos excipit.

LUTH. Hic in fermento totus est. Domini mei
Vobis ea debetur opera ut me retineam,
Aliter ad Cardinalem rectâ cum his tribus
Proficiscebar viâ. VRB. mane dum Cœsar
De conductu voluntas certa subvenit.

Eccum autem nos adversus equitem publicum.
Hic neque enim erro feret quod cupimus Cœsar.
EQ. Di boni boni quid apporto? LANG quid lætus
est?

EQ. Hisce videlicet Luthero cautum literis.
Heu quàm Romanorum composita turpiter

Cum

ACTUS III. SCEN. III.

Cum autoribus sese dedent mendacia.

Cardinalis mansuetissimus pater logi.

Nunquam usque dum regnum obtinebit Juppiter,
Eum quisquam, hominum quantum est, astutissi-
mus,

In transennam é qua escam petiit, redegerit.

Quid istuc quæso? quî istic mos est? itane jam

Fieri oportet? TRID. jam? concedendum tempori

Et hæc suum hoc loco causa postulat modum

CAI. Morem necessitati, atat, invitus gero.

VRB. Durare hostem fortis, seipsum, Herois est.

CAI. Contrà venientem animum tolerare durum
id est.

Eamus ex hoc publico in conclavia.



ACTUS III. SCENA IV.

LEO. PUCCIUS. MAGDA-
LENA.

LEO.

HIC homo si sinapi victitet, non censeam,
Tam tristem esse posse. Pucci ubinam genti-
um?

Puc. Uel mecum hoc ipso distædet loqui. LEO. so-
ror

Quemne huic pacem petitum ab Æsculapio,
Abl ega-

ACTUS III. SCEN. IV.

Ablegamus? MAGD. Et quod dicendum Pucci hic
fiet

Tu quoq; severè nimium non laudo. LEO. mea!
Laudo MAGD. heus, in animo quid molestiæ? cedò.

LEO. Etiam ita foror. paulisper hominem discute.

MAGD. Satis jam faxum Pucci hoc, volvis satis diu.

Puc. ah mitte. LEO. ne MAGD. audin' ejectabis scrupulos?

Ehodum inventum de Luthero aliquid. Puc. quo
modo

Vt pereat? MAGD. immò ipsum illud LEO. meritò
te amo foror

Memoriter hominem edidicisti, jocarier,

Cum ipsoq; cavillari, familiarissimè?

Puc. Exariare in cremando Luthero ô mihi

Vtinam animum detur stomachumq; extinguere!

MAGD. Quando exacerbatus es in Lutherum usq;
eò

I Pucci & quo pereat potissimum modo

Hæresiarcha in medium cum nostris consule.

Puc. Septem? LE, dixti. à pervestigatione qui

Acerrimâ de Martino sic, commodè?

At non sine offensa. MAGD. quî? quia pecuniam.

Puc. Tanquam ab Acherunte in lucem veniam
gestio,

In eoq; opere faxo operæ non pigeat meæ.

LE. Tu mecum, scis quò? ad aleam. MAGD. verò ac
lubens,

ACTVS



ACTUS III. SCENA V.

STAVPICIVS. LVTHERVS CAJETANVS.
VRBANVS.

STAUP.

AIn tu. *LVTH.* Sexcenta admodum caput hoc
fuit

Revoca. tametsi non erraverim? cedo

Quid faciam? *STAVP.* scripto responsa expones.

LVTH. dabit

Putas? *STAVP.* Ita maximè. negare non licet.

Quandoquidem etiam in clamore palmã collocat,

Et seditiosã verborum multitudine,

Hem! interponatur voluntatis contrariæ

Testatio. Cæsarei consiliari

Sunt præstò? & Saxones? testes? tabularius?

Tum formula concepta? *LVTH.* ad manum sunt o-
nia

STAVP. Et eundi tempus? *LVTH.* dudum. *STAVP.* ac-
cerse. adibitur

CAL. Fecisti ita ut iussi Orator? Venit ne jam?

VRB. In horæ puncto ad te promisit. *CAL.* sed quam
ego

Adversum me pompam hominum tantam con-
spicor?

Hoc jam aliud est cum comitatu nobilissimo.

STAVP. A nobis cum salutatus legatus est

Recitã

ACTUS III. SCEN. V.

Recitâ quæ contrâ constituisti dicere.

LUTH. Advertero. CAI. audivi usq; à principio adeò

Ridiculum qui tuam salutem quærito,

Haud secus, ac sim pater tuus tu filius,

Jam protestando velle mi adversarier.

Desiste ab incepto, Fili Martine mi,

Et ipsum te corrigere porrò enitere.

Adversum stimulum ne calces ne, quæso te,

Quot incommoditates vide contrarios

Nisi palinodiam canis, capies tibi

Pontificem, Cæsarem, Electorem: habebere

Pro hæretico, proscribère, sacris omnibus

Interdicetur. LUTH. Reverendissime, CAI. omnia

Omnia aliena abs te, & sacra, & profana erunt,

Extra vagans Clementis Sexta dissipat

Quid non? indulgentias quod dictum erat.

LUTH. Illustrissime. CAI. quæ isthæc jam stultitia est
mala?

Et quæ veri studiosa quantum inscitia?

LUTH. Reverendissime Domine. CAI. Cantabo
quam diu?

Et quæ pro autoritate, & pro sapientia

Meâ quæ possum, te monebo sedulo?

Revoca, revoca inquam. LUTH. quod tua cum pa-
ce CAI. age

Clementiâ ut stabis? LUTH. sat pugnatum est heri.

Audiri scripto supplex oro atq; obsecro.

CAI. Pugnatum Fili. frons ubi. tecumne ego?

Electoris

ACTUS III. SCEN. III.

Electoris qui sum paratus gratiâ,
Quam cum gnato pater germano, ponere
Totam illam controversiam reducere
In pristinam, Martine, mi concordiam
Possumne aliud hoc ad officium addere?

STAUP. Quod sine molestiâ princeps tuâ fiet,
Luthero, scripto ut explicet sententiam,
Dari, majorem juxtâ cum ipso oro in modum.

CAI. Neque scripto cum homine nec viva voce
integrum

Mihi est ut disputem; Vale dicat dogmati
Novo. LUTH. Novo? CAI. salutem dicat pluri-
mam.

STAUP. Ut scripto purgare liceat iterum pre-
cor.

CAI. Electoris Sapiientis & causâ tuâ

Istuc etiam paternè largiri volo.

STAUP. Accipimus ut abs Legato par est Prin-
cipe.

LUTH. Primùm me faxo sistam Reverendissi-
me.

princeps. CAI. Facto fili sic usus est.

LUTH. Qui largè blandus est, ego credo nemini.

Fili ajebat; apage, non placet hic mihi pater.

H

ACTVS

ACTUS III. SCEN. VI.



ACTUS III. SCENA. VI.

URB. LUTHERUS. CARDI-
NALICII.

Solicitus ex animo Dominus Legatus est,
Noctes diesque macerans solitudine.
Infelicem infelici ab hæretico virum!
Tanto quanto magis magisque cogitat,
Minus invenit, qui Lutheranos exeret.
Eecum autem Monachum, quanto cum comi-
tatu!

Scio responsum ad objecta afferet chartace-
um.

Ego Cardinalem item educam. conflictus
(hui!)

Quantus erit! certum est nostra superabit ma-
nus,

Suppetias Cardinali fert Extravagans.

LUTH. Extravagans extravagans Intravagans,
Nullus moror. CAI. cum sedeam Lutherus
adeat.

LUTH. Humillimâ ad pedes abjectione Ego
Tuos Reverendissime Pater, publicitus hic,
Quam Filius Patri observantiam suo,
Deberi ritu testor hocce publico,
Qui rationem scripti scripto patefacerem
Esse tibi haut ingratum volueris accipe

manu

ACTUS III. SCEN. VI.

Manu pater benignâ, perlege, judica.

CAI. Ad quas ineptias abis? crepundia!
Non voluit hisce chartas perdere sonijs?
Isthæc pridem dissolvi. num delirus es?

CARD. Suis se hic scriptis immortalî gloriâ
Afficiet CAI. Non erro. aut superat superbia,
Aut stulticia accessit tibi. CARD. quis temperet
A risu? quæ hæc tandem fient emblemara?

CAI. Hoc est puerile! hoc ad rhombum nil fundi-
Dic clarè. Extravagantem legisti meam? (tus.
Unigenitus? LUTH. pridem anni aliquot jam
diffluunt,

Ex quo & Clementis; & Sixti, eius legi compa-
Tuam vero? CAI. dixi: adeoq; indulgentias (rem
Esse merita Christi. codicem, date codicem.

LUTH. Id ne durus videar nimis tibi largior
Thesaurum indulgentiarû, sed improprio modo,
Esse merita Christi, quippe quæ indulgentias
Acquisiêre; non autem formaliter.

Et propriè. CAI. Luthere rem garris novam,
Id quod jam oraculo verius est. Delphico,

LUTH. Ego verò quæ sunt veriora Delphico,
Pro meque Extravagantem & affero & asserere.
Nam cum thesaurum Christus acquisiverit.

Aliud quo, aliud quod à causa. indulgentiæ
Thesaurus à meritis Christi, non merita, sunt.

CAI. Prò hominum fidem ut excarnificas clemen-
tinam? LUTH. Ego?

H 2

Cai.

ACTUS III. SCEN. IV.

CAI. Tibi jam hoc fero demonstratum clarius,
Quàm solis olim radij cum sudum est solent.

LUTH. Nihil est quod malim CAI. codex ut sit ad
manum.

LUTH. Equidem Christi merita, illa, ab indul-
Toto cœlo disiungit Extravagans scio, (gentijs
Nisi semetipsam extinguit ipsa atque opprimit.

CAI. Unigenitus viden' Luthere? aurem arrige.

CARD. Magis majorem in se concipiet miser me-
tum.

LUTH. Satis expeditè Cardinalis lectitat

CAI. Audin' Luthere? LUTH. ego verò. CAI. pla-
cet? LUTH. placet utique

Inquam. sed quid hoc? iterum legi verbum hoc
velim.

Quo impingebas. Nam de hac decertatur He-
Ehem! Thesaurum militanti Ecclesiæ (lena.

Acquisivit, quo? suo precioso Sanguine
Aliud quod, aliud quo. quod puer intelligit.

CAI. Certè captus sum. peris. vix me libero.

LUTH. Memento & Germanos Grammaticam
discere.

CAI. Venuustum scilicet Romam volo mittere
Scriptum tuum Luthere? LUTH. id unicè rogo

Expugnandum argumentis est non strepitibus.

Id quod fieri abs tuis audivimus modò

Et vidimus CAI. Luthere errorem ponis? an

Non ponis? LUTH. Quem? de Sacramento? non
vel hoc. De

ACTUS III. SCEN. VII.

De cæteris, si taceant adversarij.

Et ego. sin illis porrò liceat dicere.

Contrà mihi licebit ut respondeam.

CAL. Faceffe hinc è conspectu in rem malam meo,

Neque nîsi cùm erroris pudet,redi.

LUTH. Istuc faxo scias intelligeni dixeris.

CAL. Jtan' adeò obstinavit in sententia?

Mihi nunc ab hoc homine est ægrè per quam ni-
mis,

Illi jam comminiscor quo sit ægrius.



ACTUS III. SCENA VII.

LUTHERUS. STAUPICIUS. AURBA.

CIUS. LANGMANTELIVS. EQVES.

CAJETANVS. VRBANVS. AL-

BERTVS. MANS-

FELDIVS.

NOn ego verborum fistucis memet omnibus.
Quod scriptura laudat ad id confutandum
hoc die,

Adigi duco; non assentationibus,

Non, non. sed videon' Staupicium? cettè, ipfus

Mirum unde sic festino sese agit gradu. (est

Age autem quid non exudabit? STAUP. Ilicet.

LUTH, Cur non, Salvus sis: Salvæne? STAUP. ego?

quia

Non

ACTUS III. SCEN. VII.

Non jã, fatin salvæ ? Sed, Num quidvis licet, tenet,
 LUTH. Quî sic Staupici. STAVP. tacitus istuc audies,
 Bonus ille purpuratus, ut te vel meâ
 Amicâ compellatione haut indui
 In aliam posse mentem sensit, sedulo
 Tametsi pressit, irâ ebulliit tamen.
 Si verba spectes, melle dulciora sunt ;
 Sic Filius, pater ; si quisquam omnium, (um.
 Lutherum qui amat, nomen in his profiteor me-
 LUTH. At Lutherisce ne animum inducas credere.
 STAVP. Quid verbis opus ? appellat blandè , cum
 Salutis, dat nihilo minus, eo. mi vale (sat est
 Inquit, Thusce satis : si clare ut Teutones,
 Hoc vult Abscede procul è conspectu meo. (nius.
 LUTH. Nimirum ut Luthero. STAVP. paulo Roma-
 Hæc eo spectant ut te hortet utque suadeam,
 Prout mihi que faciendum censent boni,
 Multam salutem Cardinali dicere ;
 Nostros redire spectatâ Saxonas fide.
 LUTH. Tu quî queas habebis facile. me penes.
 Perinde non est. iterum literas dedi
 Audiri spero tandem. STAVP. ah ! tandem id est
 nihil.

Mihi, quæ certum persequor. LUTH. bono Deo.
 Si quid est homîni miseriarum, mihi affatim.
 Labuntur horæ, sparguntur rumusculi
 Venusti scilicet : Lutherus nescio
 Quid, in rogo revocet flammisque discrepet.

Et

ACTUS III. SCEN. VII.

Et machinari Cardinalem incertum id est?

Dici, Nocti, soli, Lunæ miserias

Narrem meas? Occisa res exclamitant,

Enim Lutheri nondum victus es, colis

Causam colendam Christianis omnibus

Hac vivis in rogo mori cum videbere.

AURB. Audistin' LANGM. quasi rectissime prove-

LUTH. Armis gens illa disceptare cogitat. (nerit.

Quæ quam familiariter Lutherus rideo.

Ridiculum! à me nihil in quenquam fit asperum.

Hi gladios accuunt; verbis factis fulminant.

Non ensis est mihi, non culter, non acus:

Meis tantum non machinæ; ut qui plus valet

Plus possit. tantum in nostris est Heroibus

Animi, tantum consilij. Rationes meas

Jta. AVR. B. Luthere quod pervenire quò vis non

Sic, ut ab amico oportet omnia, accipe! (sino,

LUT. Non obturbas. si quid est, ne id pigeat prolo-

AURB. quæ tibi est à Cajetano provocatio (qui.

Ad Papam, eam relegi à fronte à tergo; ita

Ut oportet salva jam est. tu repete Saxonas.

LUTH. quî fiat? appellatio solenniter

Me non præsentem? AURB. tanto jam sollemnius.

Sed equum audio annon? LUT. quis jã ferit hoc ostium?

LANGM. Luthere, quantum & causa & princeps &

Tua, & de temerens, senatus carus est, (salus

Ita ut hic es hos comite hunc in equum te conjice,

Et clam turbâ hoc in silentio hinc domum. move.

ACTUS III. SCEN. VII.

LVTH. Furtim? nihil sanè promovero. *LANGM.*
plurimum.

AVR. B. Cras ad basilicæ valvas actu publico
Extabit appellatio *LANGM.* quid verbis opus?
Si me, si te, si nos amas, in equum insili.

LVTH. insiliam? me quid fiat nescio oppidò.
Si quid mali eveniat jam culpa vestra ea est.

LANGM. insili inquam. Equ. prius calcaria aptabo
LVTH. mihi?

Ne fiat oro, memet equo impediveris.

Equ. At hunc ensem? *LVTH.* nolo *LANGM.* Sine
morem illi gere.

Equ. sine morem gero. *LVTH.* Ergo igitur cum
utendum est equo

Memineris in gyros cardinalitium ad modum
Torquere aut ostentationis gratiâ

No expedire posse. prius quæro, recipit?

Equ. Non vidi facilius qui dorsum præbeat.

LVTH. sternit? Equ. Non. neque mordet cur refu-
gis? scande jam

LVTH. Certè suspiciosus videtur. Equ. non ita est.

LVTH. Si calcitret? si cespitet? Equ. neutrum id

LVTH. Cum sedeam gratias Deo magnas ago. (est.

Equ. in staticulum pedem cedò. *LVTH.* habeo gra-
tias. (lisfimo.

LVTH. succersat? Equ. non. gradu incedit mol-

AURB. Migrationem hanc volo tibi feliciter

Evenire. *LANG.* Et ego. *LVTH.* Tametsi nunquam,
unquam nihil De

ACTUS III. SCEN. V,

De profectioe cogitavi, approbantibus

Tamen vobis, amore profecui volo.

Quod per loca hæc patuit mihi Langmantelide;
patuit

Quod officij nil prætermiffum est Aurbace,

Et quæ senatus, & quæ amici, spiritus

Hos dum regit artus nūquam oblivifcar. faxo ego,

De Luthero meritos lætemini optimè.

Gratiam referre factò præclaram haut queo

Precibus volo refundere ad Deum meis.

Cui vos bonoq; commendo hisce publico

Itur Propitio jam Deo AURB. vale. LANGM. vale.

LVTH. Valetè LANGM. vale AVR. vale LANGM. lon-
gum vale. AURB, vale

LVTH. De provocatione AVR. istuc ego videro.

LVTH. Valetè valetè. LANGM. Vale. AVR. Vale.
fermè lacrimo.

LANG. Redeamus, è conspectu jam evolavit. AVR.

Heus

Qui hi sunt qui nobis adverfum fiunt? LANGM. fa-
tis

Temporis. Est Kunigenter cum Steinbeifsio?

Et Vtrmairo testibus. quàm commodè!

Viam declinant ad Mariæ Virginis.

AVR. Dominicam? LANGM. dixi AVR. fixa pro-
vocatio, est

Loco urbis illustriffimo. non gaudeam?

H 5

LANGM.

ACTUS III. SCEN. V,

LANG. Phy! hominum quantus concutsus! flos
cum furfure.

AURB. Magnifico hoc facto effecto læter in sinum?
Lutherum bis tantò equitare scio hoc sic sciat.

EQ. stimulo excita. LUTH. non audit immanè pro-
peras

EQ. quid virga si non cædas cum opus? LUTH. con-
cibus est.

Pridem omnis apex habere pensi verbera
Censen' EQ. sessor prout fuerit sic pensi habet.

Me vide. LUTH. te scilicet? rationem sic puta:
Ego sedendo, eundo ille ambo defessi sumus.

EQ. Dura Luthere, jam divertemus. LUTH. diu est
Hoc jam. EQ. Atqui jam sumus ad stabulum. LUT.
prò tu evolas

Ex æquo? EQ. mane. LUTH. mane cum jaceam in
stramine.

EQ. Jam tibi volebam suppetias. LUTH. sine sequor.
CAI. Hæne illæ turbæ sunt? Romam appellatio
VRB. Sunt maximè. CAI. Lutherus evasit? VRB.
procul.

Longè. CAI. Scio huic adversum fecero Saxonem
Quid est si non postico hoc est discedere?
Quem ego cum congerronibus suis. sed. Langm.
Hem!

AURB. E pelvi fulgur. ALBERT. Quot par equitum
conspicor

Papæ!

ACTUS III. SCEN. V.

Papæ! Luthere sic ornatus es fatis
Ad equitandum? sine ocreis! calcaribus?
Gladio? saluum à te adventare gratulor.

LVTH. Videre tuam vero incolumem clemen-
tiam

Id lætus sum ut nihil supra. ALB. mecum esse
te

Oportet cum pari tuo. fatis cito
Tuam creditiis Leucorin quia sat benè

LVTH. Negare quod reliquum diei non volo.

ALB. Laudo. dandum aliquid etiam honeste
est ocio.



ACTUS



ACTUS QUARTI

SCENA PRIMA.

STAVPICIVS. LVTHERVS. FRIDERICVS
ELECTOR MELLERSTA--
DIVS.

STAVP.

Novæ decretales cuduntur: omnia
Moliri patres caufiatos certumq; id est.
Invidere. Romanistæ, mordere clanculū
Te, qui colūt: Eamne ob rem te vertere
Solum, multam salutem dicere optimo
Electori; lætam ingenio Academicam tuo
Deserere territatum convenit minis?
Est quod mentem sanam sumas magis, tuo
Consilium in pectore conditum amoveas, tibi
Ereptum te aliis dedas, principij, Scholæ.
LVTH. Habet me æumnâ multiplex exercitum.
Hem quo redactus sum? causa unius meâ
Bonos venire in dubium? haut possum perpeti.
Sed adeò ad Electorem Sapientissimum?
FRID. Itan' adeò Luthere noster est tibi
Visum? LVTH. Elector Serenissime, cor Saxonum
Romanitates & Italitates discere

Iam

ACTUS IV. SCEN. I.

Iam Augustæ didici. Salvus sit ut honor sibi
Mundi salutem susq; deq; fecerint
Conclamatum de capite est (quid refert) meo.
Id jam agitur. si à meïs stes Princeps partibus,
Neq; recta in horum conspiras injurias,
Ut neq; tibi jam parcant, nec regnis tuis.
Igitur ne quid à me in caput clarissimum tuum
Mali redundet, inq; non merentes subditos;
Ecce exulatum abeo hinc. florentissimâ
Careo patriâ, permitto magno numini
Viam. salutem, vitam, famam. Qui colit
Ingentes illos superæ fornices domus,
Totum qui nutû servat hunc orbem suo.
Luthernm facile vermem unum servaverit.
O me hominum quantum est omnium miserrimum,
Meâ si gratiâ unus unius boni
Pilus cadat, aut in invidiam aut periculum
Adducatur. Ego abjectus ad pedes tuos
Supplex extremum hoc nuncio clarum vale
Omnium æternam beneficiorum memoriam
Animo quaqua ferar gestaturus meo.
Hæc quantò cum dolore conjuncta omnia.
Sint, pro incredibili sapientia Elector tua
Intelligis. suus cuiq; nidus est.
Enimverò centum Lutheros expedit
Propter patriam errantem carere parriâ
Quam apud summû Pontificem nomen Principis
Peri.

ACTUS IV. SCEN. I.

Periclitari cuius prima est memoria.
Sexcenti pereant Lutheri multò magis
Quàm tu veneranda antiquitate regia,
Et sedes illustrissimorum Saxonum
Infestè. Sauromatas ultrâ longè exeat
Lutherus potiùs, Witteberga quàm sibi
Ex eo inimicos Romana in Vrbe ceperit.
Coniurent in Lutherum inquam infortunia,
Quò fortunæ meliores omnes extent Saxonum.
Egon' Electorem fortunatissimum
Optem meâ causa infelicem reddier;
Necessitate calamitatem accersere,
Id, ne sim longus, deprecor. mitti rogo.
Non quod causæ desperem bonitatem meæ:
Sed quod agi videam quo jure quâq; injuriâ.
FRI. Vis, Jus, Jus, Vis Luthere Romanensibus
Quid postea? Theologo dignum postulas?
Et dignum quod det, Principe? percipere haut
queo.

Sed quid ad me proceres tam properè Academici?
MELLERS. Elector sapientissime, princeps inclyte.
Id oratum ad Tuæ Celsitudinis pedes
Accedimus, ambulare, si Lutherus in
Garamantas, ne quid mali à se tibi fiat, velit;
Ne concedat Celsitudo Tua illustrissima.
Nam quæ hominis hujus est existimatio
Quæ pietas, quæ doctrina, incomparabile

Amisio-

ACTUS IV. SCEN. I.

Amiffione ejus fchola, damnum fentiat.

FRI. Eas jam pridem mecum rationes puto,

Heus? Luthernm ad me revocate aliquis LUTH.
præftofum.

FRI. Quod ftationem mutare & locum tuum

Statuis Luthere, ut noceas nato nemini,

Prætextus magnus: fi introfpicias; rectiùs

Deliramentum eft. namq; cundo plus dabis

Damni, manendo quàm discriminis queas.

Hi te carere nefciunt. Salus Scholæ

Agitur. ego Princeps fim? & viyus videns feram

Fraude quod fit? erras Luthere ifthæc cogitans,

Non intercedit quæ tibi cum adverfarijs,

Meam nunc litem fecero: tamen tibi

Vt in audito vim faciant, cenfen' perpeti?

Ita ut me Luthere abs te coli necesse, fic

Ne quâ cœlum mutes dico, edico, impero.


Satin' iftuc mandati eft? LUTH. fatis illuſtriffime.

Quando fic placet, volo quod vis, imperium exeo
quor


Verum ut quietus fim fi quid mali exeat.

FRID. Iftue proſpicere noſtrum erit. Militium

Nunc eft quod convenias potiffimnm.



ACTVS



ACTUS IV. SCENA II.

MILTITIVS. LUTHERVS. TE-
CELIVS.

MIL.

Longum ego sum Româ huc emensus usq; iter
Captavi de Romana sede plurimum
Sermonis. quæsi vulgi sententiam
Responsa non parum sæpè tuli, dispu-
det Effari jussus sum Lutherum accersere.
Cujus dogma in populi tantum infedit animis,
Ut millenis dubitem stratiotarum millibus
Abripi in Italiam Elector accepit Rosam
Augustè sanctè consecratam muneri
Ipso a Pontifice nostro maximo auream,
Voluntatis documentis documentum maximum
optimæ.

Ego in manum dedi; quid promôrîm haut scio
Namq; aut ejectum in Lutherum aut traditum,
Mihi, (& quis non?) censueram: video neutrum
hujus est.

Sed de importunitate etiam reliqui nihil
Romana fecit curia auditum cupit
Romæ; quam non item in Germania queat.
Si eò ducatur exitum cæcus videt,
Basilicas edictiones, pleuasq; imperi,

Roma

ACTUS IV. SCENA II.

Roma amat, non laudo. sed in Luthero opes meas
Fortunamque experiri certum est & mihi.

Enim quis adversum venit? videtur hic

Si faciem videas esse quantivis preti.

Tun' Lutherus? *LVTH.* sum mi Domine. *MIL.* mi-
feret tui,

Qui in te tantam invidiam, inque sapientissimum
Electorem excitas. præcepta Ecclesiæ

Te posse censeri cudas? indulgentias

E medio amoliri. populos abducere

Ad nequitiam? atque impunitatem consequi;

LVTH. Te coram Germano dicendam cum mihi

Causam audivi, jam in cœlis visus esse sum.

Quia iudicio Germani gentium omnium

Minimè fucati palmam candore obtinent.

Jam si me audire gaudes, ut res postulat

Turba accepta cui ferenda sit, hoc edisseram.

MILL. Etiam. *LVTH.* Papæ culpâ extat hoc incen-

dium.

MIL. Dictis mihi horror membra percipit tuis.

Nam quâ religione pluribus ego te audiam?

LVTH. Animus ne tam citò absit, adsit religio:

Faxo scias *MIL.* faxis? *LVTH.* Nam aut ipse Ponti-

fex

Magdeburgici Alberti inexhaustam libidinem

Episcopatus quærendi quàm plurimos

Prohibere debebat, aut dedere hos ingratis

MIL. Cui quid committat Papa quid tua interest?

I

LVTH.

ACTUS III. SCEN. III.

LUTH. Meâ? nil sed quorum cum periculo
Id omnium interest, mane autem, mox scies.

Ambitionem quia roborat Papa Episcopi
Quæstus nefandi causa, extrudens millibus
Multis unum obsoletum pallium aureis:

Tum, malè libertas dispensata, nescio
Quæ, quanto prostat? His coactus est viis
Negociator expers artium Episcopus

Pecunias venari & aucuparier:
Sexcenta tendere retia indulgentiis.

In templis non sursum evolaverunt preces:
Sed deorsum populi in collybum fuit animus.

MIL. Forte sunt quæ dicis vera, sed vas dicere
Non est. Non etenim Papæ licet, Papa quid facis?

LUTH. Scio. sed sine me quotendo. MIL. perge
pergere.

LUTH. Ibi tum facultas Concionatoribus,
Novis inauditis blasphemis, data est,
Bene dissimulata veritate nescium.

Circumvenire populum. MIL. fabulæ, LUTH, & si!
atat.

Attonsum strictim reddere & per pectinem;
Deripere pellem totam spebus garrulis.

MIL. Simonia hæc est quam narras, quod si est ita.

LUTH. Rem ipsam audis. Atqui Papa adhæc taci-
Quo pacto grasata est negociatio, (tus fuif:

Inani peccatorum veniâ, Episcopi,
Factusque sceleris universi particeps

MIL.

ACTUS III. SCEN. III.

MIL. Alienum à scelere præstari papam volo.

LUTH. Nil, quod præclarâ dico; conscientia,

Militi, nil est quod rerum malim omnium;

Enim nequit, nisi collybistis jacentibus.

Sed ut redeam unde digressa est oratio.

Post illa necesse Magdeburgico fuit.

Bipedum omnium nequissimos has in technas

Disquirere artifices, quibus deglubere

Oves, opus unum esset, & caput scientiæ,

MIL, Cohorresco Luthere ad sermones tuos.

Istuc avaritiæ cadere in Episcopum?

Ministros alere factos ad eam rem improbos?

Fidem verbis habeo nullam tuis LUTH. cedò

Nullam? pueri cantabunt hoc ad nauseam.

Roga. Optimus verò Tecelius omnium

Expilare indoctas oves, exugere

Quasi penicillus sanguinem & succum novus.

MIL. Satis quæsitum mi istuc esse vin' LUTH. meæ

Crede hoc fidei, Dum Episcopi rem quam facit,

Suæ apprimè est item gnarus. deprædicat

Suas adeò usque sacras indulgentias,

Brevi ut abhorrere mundus omnis cœperit:

Per joculum & ludum usurpare in facetijs,

Conspuere merces: institores spernere

Cum auctoritate jactata Pontificia.

Eius indignitate sum rei conjectus in

Arma, adversus exactiones injustissimas,

Et inexplebilem Florentinorum maximè

ACTUS IV. SCEN. III.

Avaritiam, occupatâ Papæ innocentîâ,
Qui quid non, quo cum honore, quâ contumeliâ
Pontificis, persuadent? & quid non impetrant?
Quorum item infamis illa ad divitias propensio,
Orco longè ipso est avidior avidissimo.

MIL. Jtan' Teceli verbum nullum adhæc. TEC. ni-
hil.

MIL. Factumne? TEC. factum autoritate publicâ
Dedêre; sumptum. Linguâ, scripto docuimus;
Probatum. accessum à Romanis. MIL. eia obsecro
Accessum? tute deinde sermonem abstine
Istis de rebus: & Luthere tu quoque.

LVTH. Si nemo dicit, non est qui respondeat.

MIL. Ego ut rem vidi sic Romam renuncio.

Profectò non sine causâ ratum incendium est,

Quo vel Romam sedes non conflagraverit

TEC. Ego verò hinc aliquò desperatum exivero.



ACTUS IV. SCENA III.

SPALATINVS. LVTHERVS. AMBS-
DORFIVS.

SPA.

Opportune admodum ambos vos volo LVTH.
placet.

Quî vero? SPA. Quia historiam juvat audire Li-
psia

Quid

ACTUS IV. SCENA III.

Quid cum Eccio transactum, pars utra vicerit.

LVTH. Quæ quam Ecciana factio? SPA. dic verum
age.

LVTH. Sanè quidem. nam si vincebare, palma ubi?
Dedere primas Lipsienses Eccio

SPA. Qui? LVTH. Quia importunitate vocis plu-
rimum,

Pollebat, ultimumque garriebat. SPA. hoc
Nostro triumphus est decretus Eccio?

AMBS. Non alia de causa. SPA. Enim percense
singula.

LVTH. Istic longum nimis foret. SPA. aliquid ob-
secro.

LVTH. Non in præsentia aliò narrationem eam.
Parcemus; risu cum cœpi corrues.

SPA. Igitur faciemus missa istæc pro tempore.

LVTH. Audire Hispaniarum Regem Carolum.

Ambdorffius ait renunciatum Cæsarem.

SPA. omninò. LVTH. sed cedente imperium prin-
cipe (vis

Electore Friderico? SPA. Factum. LVTH. Magna-
Herois, quæ animum quæ virtutem. SPA. Maxima.

AMBSD. Abjicere quod Regum primorum princi-
pes

Gallus & Hispanus emptitare maximo

Conati. SPA, ingentem animum Luthere! Hoc
Recusat imperium delatum pridie, (vide.

S. 10 desinat Carolum suffragio:

ACTUS III. SCEN. III.

Tum oblatam à Carolinis, gratitudinīs.
Ergò, immanem pecuniæ vim repudiat.
Et ne vel teruncium acceptent mandant suis;
Exemplo inaudito ! LUTH. facinus pulcherri-
mum.

AMBSD. Nemo negat. verum præstabat Cæsa-
rem.

Esse: vel Evangelii causâ. cuius hoc magis
Expediri cursum poterat. LUTH. Heus ! falsus
es.

SPA. Falsus ? statuebam ita & ego. LUTH. ambo
erratis probè.

Jamdudum quod Lutheri causâ, quæ Dei est,
Procedit præter, expectationem rectius,
Id Electori tribuunt. SPA. constat omnibus.
LUTH. Hoc Imperatore quid putabatis fore?
Clamarent Papa cum squamis : Negotium
Ita vertitur voluntate unâ Cæsaris.
Sic autem visum superis vel invitissimo
Mundo lumen in mundum Evangelij sparge-
re.

Quò, citra aliud magnum liqueat, miraculum ;
Doctrinam hanc non humanitus sed cœlitus
Moveri, promoveri. SPA. sic sententia est?
LUTH. Admodum. AMBSD. meminero, namque
verba haut deputem,
Quæ locutus es, parvi preti. SPA. exitus docet.

ACTVS

ACTUS IV. SCENA IV.



ACTUS IV. SCENA IV.

LUTHERUS. TIMOTEUS. CANO-
NISTÆ. STUDIOSI.

AULICI,

LVTH.

ENim quid gregis hoc? quid fumi? quid ignis
est?

TIM. Academia; Levanium, Colonia,
Abdere tuos Luthere flammis volunt libros.

LVTH. Atqui vultus ut est, discordare inter se eos
Apparet. TIM. facta sæpius discessio.

Ridiculum. comburendi facultatem emunt,
Et ad combustionem dissident tamen.

Fit eo, quia multi multa tecum sentiunt

Alius cremari hunc, alius illum vetat librum,

Rogo etiam accenso. LVTH. nam quis risum ho-
mo teneat.

TIM. Tandem illi inter se congruunt concorditer.

Quid hi? quod Christus docuit cremant nil stultius

LVTH. age age mi Timothee, affixis publicis sche-

Omniem iuventutem invita Scholasticam (dis,

Ad Antichristiana decretalia.

Cras nonâ pro Elistræ porta exurenda confluant.

TIM. Moveo LVTH. Papistæ faxo memet sentiant.

CANON. Siccinę combusta jura spiritualia it

Lutherus? TIM. it sanè. id quod homines perstre-

punt.

I 4

Vide

ACTUS IV. SCEN. IV.

Vide, ad supplicium multo curritur agmine.

Tum prodeuntem Lutherum ? Canon. nusquam
fatis.

Admiror hoc quid est insanæ insanæ.

LVTH. incende jam focum. decretales cedo,

Item Bullam Leonis, illam novissimam.

Quia tu conturbasti sanctum Domini, ideo

Te conturbes ignis æternus. *STVD.* lucet rogas.

Euge ! ut in favillas eunt scripta baalitica.

CAN. Quid hoc negoti Luthere ? sanus es ?

Quo Doctores audimus istuc concremas ?

LVTH. manifestum. *AUL.* hoc etiam quid incendis

LVTH. ego ?

Marc. AUL. siccine ? hoc responso digni sumus
tibi ?

LVTH. Quia non, si vel Oceanus ardeat, tantum
puto

Ad istuc acceleraturos incendium.

CAN. Inultum ne spera, *LVTH.* niscitis Simso-
Sicut fecere mihi sic feci eis item. (nis

Canonistæ, juris hoc non est vestri caput ?

Papa est Deus in terris, superior omnibus

Cœlestibus terrenis, spiritualibus

Et secularibus. Papæ omnia propria

Cui nemo audeat dicere : Quid facis ?

Verum. *CAN.* ita. *LVTH.* qui liber hoc, pereat ille
incendio

Pro concione plura. Namque jam haut vacat.

ACTVS

ACTUS IV. SCENA V.

CASPARVS STVRMIVS. LVTHERVS.
ERIDERICVS ELECTOR. SPALATINVS.
ALBERTVS MOGVNTINVS. ECCIVS. GLA-
PION. NVNCIVS. BVCERVS COCHLÆVS.
CAROLVS V. IMPERATOR. HERMAN-
NVS COLONIENSIS. REINHARDVS TRE-
VIRENSIS. LVDOVICVS. PALATINVS.
IOACHIMVS BRANDENBVR-
GICVS.

STVR.

HOrsùm è Vangionum advento Oppido Vor-
macia,
Accersitum Lutherum jussu Cœsaris.
Sed quem exeuntem conspikor. Mi vir. *LVTH.* quis
est?

Men' quis vocat. *STVR.* Salve. *LVTH.* Tantundem
STVR. Theologum

A memet adiri necesse Lutherum est, cedò
Qua reperiam. *LVTH.* sum quem appellas. *STVR.*
factum bonum!

Cacuduce ator hoc libello te citò
In Vangionas. Salvi conductus literæ,
Sunt hæ. *LVTH.* ex animo has utrasq; exosculor.
placet.

ACTUS IIII. SCEN. V.

Quamquam video angustum punctum hoc est temporis.

FRID. Quid hoc flammæ? hoc in publico? SPAL. factum libris

Exurentis Lutheri. FRID. Salvator bone!

Siccine fas hoc est publicam ludi fidem?

Cæsaris? Electorum? statuum omnium imperi?

Quâ fronte? Iesu Christe quid est audacia

Si non hæc audacissima est audacia

SPAL. Scio inter sese hoc confinxere consili.

Hæretico ne fides. ALB. ô ignem scitulum!

In tricis est ejectus ardet si venit.

Si non, contemptor majestatis audiet

Sed quam tu rem dicis? Ecc. Lutherus in via est.

ALB. Et nihilo properat urbem Vangionum minus?

Ec. Cytis quadrigis citius ALB. occidi. venit?

Quæ jam Lutheri fient Comititia capiti?

Faciendum unâ ut voce loquamur occupandus est

Cæsar, emulgendum edictum, incutiendus metus!

Vt cum sit maximè vel in via, tamen

Paveat urbem ingredi Lutherus: nosq; tum

Sylvam accusationum naeti, vincere

Possimus jure. Ec. Delphicum hoc. nil pulcrius.

FRID. Mi Spalatine in conductu damnatus est?

SPAL. planè. FRID. siccine fit in umbilico Teutidos?

SPAL. Quid verbis opus? Hærent affixæ literæ

Passim quâ transcundum Lutherus fuit.

FRID.

ACTUS IIII. SCEN. V.

FRID. Age Spalatine aliquid ad eundem age ex-
ara,

Mone damnatum : redeat ex hoc itinere

In patriam : sese subducat discrimini :

Quid speret fide violatâ publicâ imperi.

SPAL. Fiet. ALB. Obstupui, inhorruï, vox in Palato

Hæsitavit. Ec. ô ingentem confidentiam!

Posterius edictum ad missam publicam fidem

Flocci haut facit. credit promissis stare nos.

ALB. Id vereor, animi tantâ magnitudine

Fore ut ad se alios complures pertrahat.

Hâc non successit aliâ aggrediemur via;

Sed hoc velim vobiscum habere clanculum.

Sic Kingum quasi mandatu isthuc sit Cœsarîs,

Oremus, Ebernburgum hæreticum se vocet?

Esse, de quo placidè conferri Cœsar velit

Cum ipso à doctis. Interea tempus diffugit

Fixum securitatis spatium intercidit.

Iam quis suscipiet istam in se provinciam?

GLAP. Ego cû Ambstorffio Sickingnon exhibimus,

Visum quid ars efficere nostra possiet.

ALB. Macti ista virtute ambo! macti facinore.

LUTH. Nimirum. res hæc longè formosissima est

Scatent edictis in Lutherum compita;

Quasi verò hoc retineri tormento queat.

Non hæc satis divisa sunt temporibus tibi

Dave, quisquis es Romane, qui istas fabricas

Fingis. Sed video à Spalatino nuntium?

Heus

ACTUS IV. SCEN. V.

Heus heus tu! Siste. Nunc quis me vocat? eccum
optimè.

Dominus Spalatinus juxta salute cum sua
Hodie Vangionum ne appellas Vormaciam
Amicè nunciat, quia rupta publica
Fides. *L VTH.* rectè. hoc animus mihi præfagijt
Sed qui alij rectâ in nos eunt viâ? *Buc.* mei
Vos nunquid Fœcialem Cœsareum huc iter
Abiturum constat aut habuisse? *STUR.* Ego ipse
sum.

Buc. Est tecum Lutherus? *LUTH.* sum. *Buc.* con-
ventum placet.

Qui Cœsari à confessione est Glapion,
Cum Paulo Armsdorfio cubiculario,
Domini comparuère hodie nostri in ædibus,
Francisci Sickingiadæ præcipui viri:
Præferunt autoritate Cœsaris,
Priùs, quàm progrediare in urbem, colloqui.
Orant ad se paulum deflectas à via.
LUTH. Hoc jam aliud est quo me petit Roma im-
proba

Nimirum Pontifex id gaudeas in sinum,
Si, missis commeatis commodis manu,
Ad constitutum non compaream diem,
Quod hœc properabo jam magis, quia video
Omnes in detinendum adduci machinas
Ad spalatinum tu præcurre nuncia
Venire. Hæc est quam Dominus fecit alma lux.

Vocatus

ACTUS VI. SCEN. V.

Vocatus venio, vocatus urbem volo ingredi
In nomine Domini JESV CHRISTI, si sciam
Totidem, quot sunt in tectis tegulae omnibus
Adversa, duros genios malos cacodæmones.

Intercini potest.

Ein veste Burg/ &c.

Tu verò Bucere: si quid mecum Glapion,
Vormaciae spatium est. salutem plurimam.

ALB. Utinam adhibitâ omni industriâ istoc munere
Fungatur quod suscepit noster Glapion.

Ec. Utinam ALB. si, quàm speramus, accidit secus,
Res perijt. Tantum animi in homine est. Ec. Scio
maximè.

Scripturam magni; Papam non hujus facit.

Neq; est de nihilo quod docet. hoc optimum;

Judicio damnatus Pontificis ipsius,

Academiarum. ALB. turpi judicio; inferet

Ec. Nullam esse oportet, si vel est illatio.

Hoc insistendum fixo firmiter pede:

Judicio damnatus Pontificis ipsius,

Academiarum: Cæsar Augustissime

Crema. ALB. scio aliter convinci non hic potest.

GLAP. Siccine mi Bucere! Buc. omninò. GLAP. i-
tem hic elapsus est.

Redeundum iam Vormaciam ociùs ociùs.

ALB. Occidimus. Ec. qui? ALB. nos Ec. quî. ALB.

Lutherus, quia

Ingre-

ACTUS IIII. SCEN. V.

Ingreditur. populus quod sævit frustran' id est?

Ec. Ad quid? nimirum Cochlæus histrio Bava-
rus,

Cui fatidicum quandoq; tribuunt spiritum,
Nugiventus ridiculum plebi cum cruce facit.

Quam gestat. ALB. at caduceator interest.

Ec. Papæ! Luthero. Cochlæus pro funere

Canticat. COCHL. Advenisti desiderabilis,

Quem expectabamus in tenebris. Ec. jam desti-
nat

Illum rogo. ALB, jacta alea quid nunc autor es?

Ec. Rescindatur fides, quâ gandet publica.

Ho si non fit, agimus actum frustra sumus.

ALB. Periculum consultis Electoribus

Faciam hodie Imperatoris ipsâ in curiâ,

Quò Electores jussi convenire Principes.

Non potuit oportunius, quoniam tibi

Hac de re partes dicendi jam sunt datae.

FRID. Quia majore, animo quam nos, voluit si-
stere.

Sese in jus Lutherus spem, præter omnium

Volente sic Domino factum planè reor,

Optatò, cum eundum in Electorum comi-
tia,

Vt adveniat: hoc citius se expediverit.

Nescio qui incedo longè lætior hic cum adest.

Lutherus quàm cum abfuit. Eo. ne in me sit
morâ.

Card.

ACTUS IIII. SCEN. V.

CARD. Lutherum ingressum accepimus sententia,

Quid jam vobis est Electores Principes?

ALB. Mihi sic videtur, Cæsar augustissime;

Hæreticos quia fas ex rapi quovis modo

Ad supplicium, ne hæreseos spargant semina

Latius: Luthero commeatu quo fuit

Cautum, tuo quia est edicto Cæsaris

Et à Papa damnatus, dein ne gaudeat.

HERMAN. Legatis haut præstari quicquam gratius

Poterat Pontificis, quibus huc defixus animus

REINHARD. Referre nostra puto ut hæretico ne fides.

LUDOV. PAL. Enimvero Imperator augustissime

Ego quod signo firmavi & subscripta manu

Ad id expungendum alterius cum periculo

Capitis præsertim & laude parti nominis

Mei, adduci non ulla ratione patiar.

Vbi priscus ille Germanorum candor in

Cœlos elatus, commeatu publico

Si ineptire in hujus illiusq; gratiam

Licebit? non consputabunt nostra posteris

Nomina? Germano pœnus jam quid inest?

Volumus constantia actum inconstantissimè,

Actum de conductu salvo rursùm agi?

Grav

ACTUS IV. SCEN. V.

Graphicam videlicet Germanorum! fidem
Imperij autem hujus Romani augustissimi.
Lutherus qua fide est gavifus gaudeat.

Stat sententia. nullum jota volo inducere.

FRID. Qui de concilianda laboravi fide
Ego eam irritam jam esse adjuvem. Non fecero.

JOACH. Vehementior, jam par, fuisse visus es
Palatine. Sui perinde curam nominis,
Gessere majores, & quam affers gloriæ.

In id quod à concilio sanctum habitum fuit
Ut ne fervetur hæretico fides datâ.

Consenserunt. non hoc officium est Principum,
Pronuntianti morem gerere Ecclesiæ?

LUD. Ecclesiæ pronuntianti, ut mentiar?
Scribam hodie verbum, cras quod sit mendacium?

Quasi non sint aliæ coercendi hæreticus viæ,
Quam quæ perfidiâ plus quàm Punica? gravis
Non est viri ne dum Romani Principis.

JOACH. Supra majores sapere dum studes, vide
Ne sapias minus, minusq; consulas tibi.

LUD. Id studeo, Antiquis moribus, Antiquâ fide.
Pagani, quod prospectum publicâ est fide,

Scis defraudasse? tum quid sit majoribus
Tribuendum pernovi JOACH. quis tu? Qui me.

LUD. fidem
Requiro salvam. JOACH. hem. LUD. sicce Caroli

Principes
Non armis disceptare ventum in hanc eo

Senten-

ACTUS IV. SCEN. VI.

Sententiam. stetur promissis: gaudeat,
Qua pace venit, audiatur: postea
Statuatur. Namque causa velle incognitâ
Damnare, dignum nescio fit Cæsari.
Audivit Papa, damnavitque largior:
At jam eorum imperio potestatem facit
Sui, vocatus non à Papa à Cæsare.
In ius vocet Imperator? non audiat?
Non auditum damnet? Valeat valeat fides.
Imperator sum, non Pœnus, non Cres, ego.



ACTUS IV. SCENA VI.

PHILIPPUS HESSUS. TIMOTHEUS. LUTHE-
RUS. ULRICVS à PAPPENHEIM. HISPA-
NI, SCHVRRFFIVS. CAROLVS. FRIDE-
RICVS. ECCIVS. MOSCHEVS.
SMVLIVS,

PHIL.

Est Doctor iutus? TIM, est. PHIL. Salve. quid a-
gis? ut est

Res? LVTH. speramus meliora, PHIL. narrant, est-
ne ita?

Docere, vteulo, uxorem, si non sat est, viro
Repudiato, rectè nubere alteri.

LVTH. Non factum princeps clementissime non
tuam

K

Dece-

ACTUS IV. SCEN. VI.

Decebat fari clementiam. PHIL. Ridiculum erat.
Nunquid vis? LUTH. rectè. PHIL. Doctor si causam
foves

Justam Deus hanc tibi adjuvet. LUTH. in Dei ma-
nu est.

PAPP. Rectè mihi te offers Luthere. LUTH. gratum
id est.

PAPP. Sacra. Cæsarea Majestas, quartâ à meridie,
Coram frequenti Senatu ut imperi,
Auditum quid vocatus sis, sistas, jubet.

LUTH. Ut debitâ demissione amplectar hoc,
Moremque geram lubens, mei agnosco offici.

Præsens Deo juvante adero. PAPP. Vale. Lu. Vale.

TIMOTH, Quantò hanc rem in meo magis voluto
pectore,

Eò magis me horrore nescio quo afficit.

Cor palpitat. digitis rationem computo.

Lutherus est ovis, Romani contra sunt lupi.

Ovis sola imbellis, placida, infirma, pavidâ :

Lupus multus, Martius immitis, valens, ferox.

Quam magno hiatu dentes exacuere ovis

In sanguinem lupi? inversum videtamen.

Lupi quotquot una omnes metuunt sibi ab ove.

Heri ut ovis in medium luporum contulit

Heu mihi luporum quanta consternatio!

Deus profectò hoc autor est negocium.

Ovis ingenio pavidâ, jam animi magnitudine

Lupos immanes infinitos perculit.

Cus

ACTUS IV. SCEN. VI.

Cur autem hîc hominum concucopiæ affluit?

Illud est; Lutherum deducunt in Curiam,
Qui animum hodie magnum si non abjicit suum,

Ab apostolorum seculo nemo fuerit,

Ad megalandrum qui comparandus hunc fiet.

Hei mihi! quid mundi circumsepsit curiam!

Viderin Pappenheimium cum Sturmio;

Qui cuius utrinq; latus cingunt, hic Lutherus est.

O Domine da salutem. PAPP. facite viam, viam

Inquam. HISP. 1. Hispanis si nobis hæresiarcha sit

Commisus, Maria! quàm præberemus epulum

Formicis hodie saliare. 2. ita ut nihil supra

3. Namque illum frustillatim hominem faceremus

hinc

Differrent. PAPP. tandem emerimus, quod sit Deo

Gratia. satis maturè. nondum horologium

Auditum. Buccinatores etiam silent.

HISP. Hæretice. SCHVRRFF. talem, quasi qui non

audit, para

LVTH. Jamdudum risus magni haut æstimo hosti-

um.

PAPP. Eccum imperatorem. LVTH. cor gaudio sa-

Hic est dies quam Dominus fecit. gloria (lit.

Deus agitur tua, non mea. ingredi licet?

PAPP. Licet. CAROL. Orator partes expone datas

Ec. Ego verò Imperator augustissime. (tibi

PAPP. Accede Luthere, nisi cum rogaberis,

Nihil responde. Ec. Majestas sacra cæsarea

K 2

Hoc

ACTUS IV. SCEN. VI.

Hoc in confessu principum augustissimo,
Rogatu & consilio, statuum omnium imperi,
Vocatum te ad duo respondere postulat.

Primum siti hic libri tuine sint ? Dein
Vtrum, contradicere an tuerier velis ?

SCHURFF. Tituli librorum ante recenseantur omnia.

LUTH. De duobus sacra Cæsarea invictissima
Majestas imperavit causam dicere :

Vnum meos agnoscam hos libros : alterum
Palinodiam canam, annon ? Adhæc paucis. prius
Negare nolo, sunt mei. posterius ut

Reclamem aut propugnem ; hic agitur fides, salus.
Aeterna, & quem thesaurum primum esse omniũ
Oportet hominum, summi Verbum numinũs.

Jam ne nimium, minusve quàm fert veritas,
Temere effutire videar, perquàm humilimè,
Apud animum reputandi cuncta rectiũs

Tempus detur majorem in modum oro, obsecro.

CAROL. Excede paucis. FRID. Metuo hic ut sub-
Deliberandi spacium poscit, hæsito. (stet, quia

CAROL. Revocetur. TEC. Tametsi, quid vocatus
Cæsaris

Rescripto facile est ut intelligas ; adeoque non
Haberì interposita poteras dignus morã :

Vnum tamen, Cæsar diem cedit tibi :

Lege hac, ne scripto sed coràm respondeas.

HISP. I. Eautum Romanæ obtreçtatoré Ecclesiæ !

2. Domum

ACTUS IV. SCENA VI.

2. Domum quietam ducunt, quem jam in carcerē,
Cras igni designandum, oportuit quati.

TIMOTH. Non quorum est in manu corpus homi-
nes time; (mul.

Sed Deum cuius in manu est anima & corpus si-

MOSCH. Licetne impetrare abs te aliquid genero-
se Domine?

PAPP. Quid est? SMVL. parum. PAPP. quid?

MOSCH. quàm facillimè

Dabis. SMVL. non dubium quin sit unum te penes.

PAPP. nam quid tandem hoc est? MOSCH. scimus

nemo facilior (mnum

Facile quisquam quam tu hominum reperitur o-

PAPP. Par nequam recutitorem! hæc quæ prædi-

catio? (omnia

MOSCH. Quod dicta in melius accipias, constat

Hoc te volebamus. PAPP. tandem, quid hoc?

MOSCH. vides,

Malta hominum multitudo has ædes obsidet

PAPP. Video, tametsi non habeo in occipitio,

Pariter ut vos, oculos emissitios malos.

MOSCH. Festivum verbum! SMVL. mihi cum hoc

amicitia est vetus

Et magna. PAPP. id populus curat scilicet. quid est

Quod me vultis? MOSCH. audies. tum nos potissi-

mo familiæ nostræ sumus. PAPP. potissimi? (mi

Venusta pars. sed hinc vos amolimini.

K 3

SMVL.

ACTUS IV. SCENA VI.

SMUL. Oramus. PAPP. quid ? MOSCH. nobis Lutherum ut copiam

Videndi facias. PAPP. quorsum istuc ? MOSCH. villi hoc dare

Dono & rogare aliquid volumus. PAPP. ad ostium Ego hanc dum redeo paululum opperimini.

LVTH. Per me licet addimittantur. MOSCH. adventu tuo

Gaudemus Luthere & ornamus honorario

Hoc vino, volumusque evenire prosperè.

Te Christianorum, hodie qui ætatem colunt,

Quà pietatem, perhibent, quà doctrinam optimum

Id quod planum est nobis sine controversia,

Quia coniectos in te oculos imperium hoc habet.

Age in medium aliquid, quod dissolvamus, cedo:

Namque de religione certum quenquam ut nos fumus

Vix arbitramur. LVTH. quando sic placet, Agite

Quid de illo Vatis, Virgo gravida convenit

Inter vos ? MOSCH. Virgo conjugem novam notat. (puellam

LVTH. clementer ! Haalmah virginem intactam. Etiam signat. SMUL. rectè. Luthero assentior.

LVTH. Nescis Rebeccaë innuptæ nomen hoc datum

MOSCH. Hoc scio. signat maritam-nuper-admodum

SMUL. Hoc verò mihi pro certò habetur virginem

Non etiam nuper-maritum istuc nominis

Haalmah

ACTUS IV. SCEN. VI.

Haalmah inferre. MOSCH. admodum ingeniosus
stipes es

AVTH. Hos equidem binos, florem gentis scilicet,
Commisi jam probè, dein tacitus ero. SMUL. parū,
Quin te Platonem appellem, abest. scin' Moyfis
Sororem sexennem sacro almah in codice (tibi?

Dictam? MOSCH. mirum unde hæc tanta lectio
SMUL. Enim unde scripturarum in te jejunitas?

MOSCH. Papæ! repentinum Thaletem! à quo or-
tus es?

SMVL. Papæ tuum nisi abstines papæ papæ!

Ut tibi novam his figuram pugnis fecerò.

PAPP. par istuc verborum pugilum amolimini

Actutum aliquis. appellæ inquam hinc abscedito.

LUTH. Venustum disputationis fuit genus

Scilicet. non autem tempus est in curiam?

PAPP. profectionem ornabimus. LUTH. gratissi-
mum.

Nam prævenire præstat. HISP. 1. Bucco reducitur.

2. Larvæ hunc agitant monachum, 3. intemperia,
4. infania.

5. Coluber salvæn? LVTH. ferendo sunt humeri mei.

Onus istuc tametsi grave tamen haud æstimant.

PAPP. Generoso equo. latratus non pensi est canis.

LVTH. Hoc animum induxi. TIM. Imperator in it.
præsente age

Es animo. LVTH. quantum Christus Jesus adjuvat.

Ecc. Ad id quod postulatum posterius fuit,

ACTUS IV. SCENA VI.

Heri responsum derivasti huc temporis
 Petito ad ponderandum spacio: id quod tibi
 Negari jure poterat: quia quotquot sumus,
 Ratione de fide expeditâ esse est opus;
 Ne dum tu. ut ut est, aboles libros, annon tuos?
 LVTH. Principiò Cæsar invictissimè, Principes
 Illustrissimi, ut morigerum facere par erat
 Ad horam adsum causam bonâ audiri obsecrans
 Tum tribuendis si honorum peccâto titulis,
 Aut morum inelegantiâ me in angulis
 Non aulis eductum memineritis: hoc scio,
 Salutem hominum memet Deique gloriam
 Solùm quæritare. Cæsar augustissime
 Libros ut heri adhuc agnosco nî quid spurium est.
 Ad posterius: Non sunt argumenti unius.
 Alii ad fidem & pietatem tantum pertinent,
 Etiam non improbari ab adversariis:
 Quos hostes ipsi obliterarier haut volent,
 Quanto ego minus. Genus concernit alterum
 Papam, cum doctrina malisque moribus,
 Nam commentis humanis conscientiæ
 Occisæ: fundi inexhausto exhausti modo
 Rem è peccatis quærendi Romanensibus,
 His si reclamo, aliud nil quam tyrannidem
 Roboro: impietas eo magis grassabitur;
 Quia palinodia sit jubente Cæsare.
 In singulares exierunt tertii
 Adulatores sedis Romanæ; quibus

Jd. cu-

ACTUS IV. SCEN. VI.

Id curæ fuit adulterare, tollere,
 Sanam à me doctrinam è scripturis traditam;
 In his autorum motus insolentiâ
 Invectum me confiteor asperinfulè
 Mei quàm fortè ratio postulat ordinis.
 Et vel hos retractare haud licet tamen: meo
 Ne assensu portas aperiam peioribus.
 Verùm quia sum homo cujus falli proprium,
 Mihi illud Christi usurpo, *Si male hem proba.*
 Igitur me sisto & per sacra obtestor omnia,
 Si quis omnium adversus libros quid habet meos,
 Ne celet. Sum homo nihili. si quis convicerit
 Scripturæ testimonijs, si non meâ.
 Ego manu ante omnes & ante omnia libros roge
 Meos imponam. Motus quod sunt gaudeo.
 Namq; hæc natura teste Christo. Evangelî est,
 Gladius. jam providendum ne, quod consili
 Paci tuendæ persecutionibus,
 Sanæq; doctrinæ oblatae blasphemijs
 Quæritur, existat causa cladis publicæ.
 Tàm corporis quàm animæ: & laudati Cæsaris
 Adolescentis imperium infelici principio
 Deterius exeat; quando florentissima
 Oppugnato verbo imperiâ prostrata sunt.
 Hæc eò dico non quod præcipere vobis velim
 Cæsar principesq; prudentissimi,
 Sed quid debere me agnoscatis patriæ;
 Et contra vim adversariorum (id quod fidem

ACTUS IV. SCEN. VI.


Vestrâ obsecro) me in clientelam vestrâ hoc magis
 Recipiatis. EC. Nihil ad rhombum Luthere, nil.
 Dic planè, recantare vis annon? LUTH. Quando ali-
 Fit Cœsar augustissime, serenissimi (ter haut
 Electores, Celsissimiq; Principes
 Responsum, cui non dens non cornu insit, dabo
 Nisi scripturâ aut argumentorum evidentiâ,
 (Nam solis, Papæ & Concilij, quia sæpiùs
 Errârunt nil tribuo) convictus, omnium,
 Quæ scripsi, quæ docui, ne gry revocavero;
 Verbo victâ divino conscientia.
 Sto, aliud nil mî opis, Deus memet adjuves. Amen.
 CAR. Animo hic monachus est præfente infracto
 fatis.

Discede aliquantum Luthere. TIM. En cerevisiam.
 LUTH. Unde? TIM. viden' præbibit. LUTH. Princeps?
 TIM. Brunsvigius
 Ericus Senior. hinc jubet te reficias
 Id, quia Romam sequitur, præbibit, ne a se metus
 Veneni causa sit. LUTH. Princeps Ericus ut
 Mei recordatus jam est, sic in ultimo
 Ejus agone recordarier Christus velit.
 EC. Et immodestius quam personam decet
 Tuam, & nihil ad rem responsum. poteras eos
 In quibus errorum numerus tuorum magnus est,
 Non salva quæ sunt, nec id es jussus, tollere.
 Verum damnata ab orco jam tute revocas,
 Vinci scriptura vis, in hoc erras probè.

Nam

ACTUS IV. SCEN. VII.

Nam quid certum est? si quando perveniatur huc,
Ut qui Concilij obsistit & Ecclesiæ
Scriptura vinci postulet. hæc causa est ea,
Quamobrem apertè dici quid statuas velit
Cæsar. LUTH. Cæsar optime maxime, extremum
Ne quod pugnat meâ cum conscientia (hoc rogo,
Subire cogar. apertè responsum latis.
Non muto. Errant & Papa & concilia à via
Non parum sæpe, quid verbis clara in re opus?
EC. Id tute certò testari nequis. LUTH. Queo



ACTUS IV. SCENA VII.

REINHARDVS TREVIRENSIS. VÆVS. LV-
THERVS. IOACHIMVS BRANDEBURGICVS.
COCHLÆVS. AMBSDORFFIVS. PEVTIN-
GERVS. THVEN. VOLRADVS von Bardorff.
CARACCIOLVS. ALEXANDER. ECCIVS.
HISPANI. POPVLVS. FRIDERICVS ELE-
CTOR. PERLEPS. SCHONBERGIVS.
STVRMIVS. EQVITES. AVRIGA,
REINH.

IMperator etsi gravem de te sententiam
Scriptam, frequente Senatu principum, tulit:
Vnum hoc superest Luthere redeas in viam.
VÆVS. Quod Principes autoritate Cæsaris
Agunt tecum præcipuam interpretari gratiam
Oportet. Disputationibus tuam

Non



ACTUS IV. SCEN. VI.

Non instituunt litem tecum decernere:
 Tanquam à germanis fratribus fit quicquid est.
 Concilia diversa sicubi pronunciant
 Non sunt, ut tu putas statim contraria.
 Zachæus Salvatorem domum suam vocat
 Centurio diversum facit: dicis ideo,
 Alter erat. & dabo errent: non statim mihi,
 Obmurmuremus & tibi convenit.
 Legis humanæ disciplinæ gratiâ
 Inventæ. libri spectant ad motum tui.
De libertate Christiana abutitur
 Vulgus ad licentiam. longe, ratio alia nunc,
 Ac quimâ ætate Ecclesiæ, cum idem omnibus
 Sensus. mores hi leges alias postulant.
 Etiam quia bona multa spiritu bono
 Emisisti in lucem, nunc spiritus malus
 Eò it, mali cum abolentur libri, bonos simul
 Absorbeat. nam qui posteriùs editi
 Non arguendam è flore sed fructu arborem
 Ostendunt. Salutem tuam publicamq; cogita.
 Te ad meliora hortando fraternè Principes
 Faciunt; vide tunc non, pertinaciâ.
 Si qui esse pergis de salute actum est tua.
 LUTH. Quis sum cujus causa tam magni Principes
 Molestiæ tantum capiant. humillimè
 Hoc accipio, vestramq; pietatem colo
 Vehementer etiam atq; etiam. cœterum volo
 Vitâ, salute, patria, carere dum

Verbum

ACTUS IV. SCEN. VI.

Verbum, ne revocem, sit Dei salvum mihi,
VÆUS. Hoc fac, submitte cognitioni Cœsar̃is.

LUTH. Etiam vilissimi; scripturâ judice.
Secus, non vel loquentes cœlitùs angeli.

JOACH. BRAND. Hoc decretum est, non nisi Scriptu-
r̃is cedere?

LUTH. Omninò: aut argumentorum evidentia.

REINHARD. TREV. Mos quoq; scripturam & sacra
Christi amplectimur,

Nostram quid est censuram quod subterfugis?

LUTH. Quibus nitor sunt clara testimonia,
Hæc nequid cogar fortè contra dicere.

COCHL. At tu pol tibi posthac comprimito istas
manus (istud os

A scribendo. LUTH. censen' verò? COCHL. tum &

A docendo. LUTH. aliò COCHL. sermone fungere.

Quid autem Ambsdorfius festinat? AMBS. dies duo

Hodie salvo sunt additi conductui,

Ne prætermittatur, quo redeas in viam,

PEUTING. Quam capiti invidiam Luthere accersas

Quia ne pilum concedis, facile intelliges. (tuo,

Eam abs te omnem amovebis, si Cœsari

Senatusq; Principum in lucem datos.

Abs te libellos cognoscendos subjicis.

LUTH. Inmò volo, si scriptura fert sententiam.

VÆUS. Scriptura? quæ hæc est postulatio? LUTH. ne-

Hominū hoc dabo de scriptura cognoscere. (mini

Mittere conductum, quam scripturam dedere

Malo

ACTUS IV. SCEN. VII.

Malo. Non Cæsari, non homini ulli do. THÛ, clara
 Verba hæc, quid affligetis hominẽ pluribus (sunt
 PEUT. Neq; concilio? LUT. non. nisi scriptura iudice.
 COCHL. Hocce est tibi Luthere, integrũ ut cõductui
 Renuncies? LUTH. qui sic? COCHL. quia tecum con-
 Hac lege, de capitibus dogmatũ volo (gredi
 Tuorum, vel usq; ad necem. VOLRAD. ~~apage~~ hinc
 In rem malam cum illiberali facinore (histrion
 Tuo, alioquin conductus quid sit discere,
 Hoc de gladio non sine magno debes malo.
 Hem tibi. COCH. Quadrigas si nunc inscendã jovis
 Atq; hinc aufugiam, ita vix potero infortunium
 Aufugere. certè hic conatus malè cecidit.
 REINH. TREV. Hac ad me mi Luthere. laudo, no-
 Qui tandem Concilio libros dedis tuos; (ster es;
 Siquidem Peutingerus & Væus vera prædicant.
 LUT. Id verò in mentem Elector reverendissime
 Facere mihi nusquam usquam fuit, libros uti
 Firmatos scripturæ claris testimonijs
 Sententiæ suspectæ subdam concili;
 In quo sit hominum non scripturæ palma. REINH.
 Coram, te audire factum ducente est Deo. (ain' ?
 Nam quæ ad me Doctores, referre ad Cæsarem
 Modò volebam. quàm scitè si Dijs placet.
 Sed enim verò Luthere tute hanc age
 Rem age: Concilio concede, imperio, Cæsari.
 LUTH. Quâ fiat hoc fide, qui in publica fide?
 Bullam laudarunt Papæ, edictis me novis

One-

ACTUS IIII. SCEN. VII.

Onerarunt, his ut posthac possim credere,
Contra se pro me dicturos? haut congruit.

REINH. Igitur quid, morbo ut medeamur tibi con-

LVTH. Gamalielis optimū est, quod si à Deo, (fili?

Quis contrà: sin ab hominibus, sponte corruet.

Vides non fucō causam, non armis agi.

Summa summarum scripturam nolo prodere.

REINH. Vale Luthere. publica cavebitur

Fide. CARACC. quē hęc res est? Alexander? Colonię

Nil in Lutheri causa nos promovimus.

Erasmo Episcopatus est pinguisimus

Promissus, calamū si in Luthetum stringeret;

Abhorruit. Vormatię jam quàm diu

Desedimus; quoties, hæreticum, exurerent,

Monuimus. ea res per mihi parum placet.

ALEAND. Pro eo quod servitutis excutiunt jugum

Romanę, Germanos committere principes

Inter sese est operę precium: quo mutuis

Absumpti cędibus suo se in sanguine

Submergant, sic eos ulciscamur probè.

Vides autem ad Lutherum accedentem Eccium?

CARAC. Hoc jam illud est evadit publicā fide.

AL. Nunc imperio toti iratus succenseo

Sed & nobis erit, quem injiciamus pilum.

Ad Moguntinum properemus. EC. quia Cęsarıs

Principumq; nullū admonitiones habent locum.

Apud te Luthere, scit Cęsar dein quid sui

Sit officij, qui mandet è vestigio

Disce.

ACTUS IV. SCEN. VI.

Discedas, largitus tibi in reditum dies
 Viginti unum. Tum ne scripto aut voce populum
 In via commoveas imperat. LUTH. sicut Deo
 Placuit, ita factum est. sit nomen Domini
 Benedictum. Porrò Cæsari augustissimo,
 Electoribus, Principibus, statibus imperi,
 Qua auditus incredibili sum clementia,
 Quàm demississimè atq; subjectissimè
 Potest, precibus devotas infimis ago
 Habeoq; maximas ego gratias, fidem
 Datam qui sartam tectamq; habuerint mihi
 Causa paratus Cæsaris sum atq; Imperi
 Quidvis Perferre: tantum, detut hoc Dci.
 Verbum profiteri liberè. invictissimo
 Cæsari, imperioq; cœterum quàm humillimè
 Memet semper subijciens supplicem ad pedes.
 HISP. Hæresiotam salvum redire in patrios
 Idq; tam honorifico comitatu indigna res!
 Lares (Maria sancta ?) quid negotij est.
 Cantisq; populi, adgratulationibus?
 LUTH. Valete vos mei, Deoq; gloriam.
 POP. restaurator Luthere vive Evangelii
 HISP. Prò sanctorum omnium fidem! POP DEUS
 viæ

Dux esto. LUTH. valete. POP. vive, vive. HISP, lacru-
 Prægaudio. HISP. mi verò rumpentur ilia; (mant.
 Ita exardesco ira hoc in factum. FRID. id serio
 Triumpho tanto honore Lutherum suam.

Dixisse

ACTUS IV. SCEN. VII.

Dixisse causam, invitis omnibus inferis.
Vide autem oratores ut Papæ sæviunt,
Et Moguntinus. PERLEPS. hisce iam id cerebrum
uritur

Hunc evasisse. edictum flagitant novum.

FRID. Neque frustra erunt. Nunc muneris fuerit
Schônberge, & Perlepsi muneris item tui, (tui
Præmissis hisce literis à me datis

(Quibus primum ut meos attigerit limites

A se caduceatorem cum comitibus

Mittat, iussus est) Lutherum consequamini.

Jam si in comitatum vobis superioribus

Reliquum esse licet, aurigam & socios sternite.

Lutherum ereptum aliquò in tutum subducite,

Quò visum vobis fuerit, ne constet mihi.

SCHÔN. Hæc Elector diligenter effecta dabimus.

FRID. At maturè. SCHÔN. Etiam. FRID. quid jam?

Imperator victus est.

Legati legem extorserunt Pontificii

In Lutherum nostrum quàm in ea se oblectitant

Cum Moguntino! hoc gratior quo acerbior.

Vt placet! aliquantò populum ad legendum ac-
currere.

LUTH. Habeo quod amem te pro facto hoc: quod
prædicem

STURM. oportuit factum Luthere mi. vale.

LUTH. vale. caduceator hinc amissus est.

Præite vos in hospitium, maturiùs

L

Te

ACTUS IV. SCEN. VII.

Vt tanto cœnemus. defessi de via (mus.

Equ. quàm maximè. hoc pacto quid prælibabi-

LVTH. Et id licet. Equ. licet? libet. hoc contentius

Ibunt equi. Nunquam properant equi magis,

Quàm cum sessor vel fitit, vel plusculum bibit.

AMBSD. Auriga quid strepitus? quid? equisne

convenit? (ita assolent.

AUR. Sanè. AMBSD. at ringi videntur. AUR. hoc

AMBSD. quid hoc hominum genus aulilorum re-

spice.

PERL. Auriga salve heus heus quid hominis vecti-

AUR. Hoc indicare vobis strenui viri (tas?

Non queo, namque ipse nomen huius nescio,

SCHONB. Dic verum VVittebergâ sociemini e-

stis, hoc

Sentio. AUR. sim nebulo, simque fur quod si est ita.

SCHONB. sumne cœcus qui te non vidi Vormatiæ?

Cum Lutherum curru gestabas. AUR. nescio.

PERL. Heus tu laqueum cedo hic ut pendeat, AUR.

Quis est dicere. hei quam metuo. Doctor est. (volo

SCHONB. unde? PERL. nomen? AUR. quem dice-

batis. SCHON. nomina.

AUR. Lutherus. SCHON. nequam ut potuit premere

hinc apagite

Sultis. tu Doctor, noster es. LUTH. me dedere.

Morti, quàm vobis malo. SCHON. tu inquam no-

ster es.

AMBSD. Sinite hunc. hem! PERL. enssem stringis? re-

sonde quàm citò?

Resti-

ACTUS IV. SCEN. VIII.

Restitue inquam in vaginā. hic Doctor noster est.

LVTH. Ambsdorfi cessa: vis fit, patiar, vale. meam

Salutem amicis. AMBSD. hei mihi! LVTH. ne lacru-

ma. SCHONB. Fugin'

Hincè conspectu? PERL. pegaseo gradu. SCHON.

Veni

Luthere fluctus dum ponunt in Pathmon hanc.



ACTUS IV. SCENA VIII.

CAROLOSTADIVS. PHILIPPVS. LVTHERVS.

LATOMVS. ALBERTVS. MOGVNTINVS. TI-

MOTHEVS. FRIDERICVS ELECTOR. HEN-

RICVS REX ANGLIÆ. STUDIOSI. ORLA-

MVNDENSES. VVOLFFGANGVS STEIN.

PRIOR VVITEMBERGENSIS. CHORVS PON-

TIFICIORVM. KALENSES. RVSTICI, MUN-

CERVS. PRINCIPES.

CAROLOSTA.

ET ego me gloriosum faciam denique,

Qui Lutherum admirationi esse omnibus

Scriptis video suis, ut factis præripiam

Palmam: namq; volo è medio tollere imagines.

Id quod gestabo clanculum in sinu meo,

Ne si cum quo communicem prævertat hic.

PHIL. Utinam Lutherus noster tandem præsto sit.

Namque nescio Carolostadius quid parturit.

CAR. Videon' Philippum colloquar. quid tristis es?

L 2

PHIL.

ACTUS IV. SCEN. VIII.

PHIL. Lutheri desiderio reducis urgeor
In quo jam VVitembergæ vertitur salus.

LVTH. Philippe itemque Caroladi principem
Vobis oportet esse curam, ne manum
Ab aratro. PHIL. unde Lutheri vox ad nos perve-
nit?

CAROL. Eccum isto longè ab angulo! LVTH. con-
cordiam.

Volo colatis, doceatis ædificetis, hoc
Si redeam, si non redeam vos facere addecet.

PHIL. Video in morbo cubuisti, quo vix jam cares,
Qui vultus est tuus. LVTH. planè. istuc obsecro
Illas insulas in confessionibus.

Investigationes. quæ tormenta sunt
Mera animarum quæque offendunt aures pias,
Castas, pudentes, abrogate, quàm potest.

Magis magisque à sanctorum meritis procul
Ad Jesu Christi Salvatoris unius

Reducite & valete. namque auram caput
Non fert. PHIL. Vale. & dictum puta. LATOM. mi
Latome

Non unum Episcopatum meritis es tuo
In Lutherum scripto, triumphus noster est.

LVTH. Quis hic heros? LAT. iò pæan! iò pæan!
Væ victis! Namque ubi Lutherus. LVTH. congregi
Si libeat hic sum. LAT. es sanè? qui fructus tuæ
Doctrinæ? meliorem qui sit nemo neminem
Videt. ad seditionem spectat. LVTH. docti viri
Telum

ACTUS IV. SCEN. VIII.

Telum unum. Tute es Judæis parissimus.

LAT. Ego. *LVTH.* quã lacti lac aut aquam si cõferas
Aquæ. annon prætenso subinde motuum
Metu gravati sunt locum Christo dare?

LAT. omninò. *LVTH.* meliores facti? *LAT.* multò
magis

Mali. *LVTH.* Christus eam ob rem nil porrò dicere?

LAT. Imò pertinaciùs. *LVTH.* nondum sentis, luto
Quo in principio hæreas; quid fiet postea.

LAT. obsecro missum fac, nunquam hic me dein.

ALB. Etsi fatis concessit ægritudine, (videris.

Quod ajunt, Tecelius, in eoque non parum.

Cladis rei allatum est pecuniariæ;

Tamen illum quæstum jam restaurabunt mihi,

Qui partes in esse indulgentiarias

Suscepere ne quis à me ortum esse sentiat,

Conspectum aliquò fugiam tam magnum publi-
cum. (pessimo.

LVTH. Fugite hinc nequam homines genere nati

Quod hoc novum est exemplum infaniæ novæ

Aucupium redintegrare? Deus fidem tuam.

Quid non auri sacra fames? sceleratissimi

Vt me audiunt, conjiciunt in pedes. Enim

Alberte Cardinalis prodis? ais? negas?

Prodi inquam, nam conspicuus es fatis mihi.

Jam non semel te à nundinationibus

Abstineas oro, nihil ago. parco principi.

Oportet, forte cogitabis fallere.

ACTUS IV. SCENA VIII.

Hoc edico tibi, si non tollis nundinas,
Ita Cardinalem impexum depexum dabo,
Ut nil supra. ALB. Luthere mi, me cum Deo
Ut principem par est gerere posthac volo.

Scio me hominem, errare, indigere gratiâ,
Id quod de me planè persuasum opto tibi.
Turpem (vides:) inverto illam argentariam.

LVTH. placet. ne refrica. CAROL. tempus parâdo est
Agite populares, idola hæc, Babylonij (nomini
Sordes scorti, reliquas, templis evolvite.

Tum quid istuc vult sibi crembalum in Ecclesia,
Quod honestè appellaverunt pneumaticum orga-
Non jam citutis est canendum & tibiis, (num?
Fermento Romano; sed vivo spiritu. (us?

LVTH. Miserum me quid hic inceptat Carolostadi-
Itan' æquum est Andrea abs te tantam infamiam
Inuri Evangelio? & quasi non fiet foris
Sat turbæ intestinis lacerare motibus?
Miseras infirmorum mentes obtundere?

CAROLO. Ita agite, ejicite; flammâ factâ exurite.

TIM. Luthere! Luthere! hei mihi quid Diabolus
Non quærit odio doctrinæ sanctæ tuæ. (hoc

LVTH. Haut teneo memet. sanguinem cor plorat
Tanto tam repentino malo. TIM. factum bonum!
Lutherus noster Vitembergam redit suam.

TIM. Perii. Corolostadiana quò se factio

Tam citò? FRID. qui sic invito me? LVTH. illustris-
Electo, revocatus sum ab Ecclesia: irruit (sime

In septa

ACTUS IV. SCEN. VIII.

In septa lupus: Diabolus otium petit

Evangelii intestinis turbatoribus;

Christianam rapit libertatem in licentiam

Corrupta multitudo concionibus

Ineptis. hæc si feram, sim pastor Scitulus:

FRID. Enim haut tibi cum Georgio Duce convenit.

LVTH. Ego si vocatus Lipsiam perinde sim.

Ut in Vangionas fui velim urbem ipsam ingredi

Si vel diis ducibus totos Georgiis

Novem plueret meris, qui singuli Ducem

Novies Georgium meum impotentia

Animi superârint. FRID. quî verò te à Cæsare

Defendam? LVTH. tu me? qui te. mitte metuere.

Scio causa cuius est: scio qui tuebitur.

FRID. quicquid huius est tuo jam fit periculo.

HENR. Rex. Eo, in Laicorum quot sunt numero

Principes,

Fit, ut ad se sacra non pertinere censeant;

Ego in animum longè aliter induxi meum,

Quod temporis à cura vacuum est politica,

Sacris largiri lectionibus. LVTH. placet.

HENR. Quo meo fore exemplo spes affulget, bo-

ni ut

Idem ad studium ut invitentur multi princi-

pes.

Non tam proclivis est obmurmuratio

Rex quando scribit, quàm cum par contra parem.

LVTH. Heus salve. plurimarum palmarum vetus

ACTUS IV. SCEN. VIII.

Ac nobilis sine dubio gladiator es,

Qui tam magnificè cum exemplo incedis tuo.

HENR. Adeon' tibi idoneus ego sum in quo rideas?

Scin' qui cum homine res! LVTH. cum antagoni-
sta, manum,

Qui cū conferis, non te pro rege, pro hoste habet;

Vt hostem appellat: Sui, non tui rationem agit.

HENR. Qui verò tute vera doceas, qui modo

Ais modo negas? LVTH. istuc mentiri, tibi

Dico. HENR. os durum! aliàs culpas, aliàs prædicas

Ecclesiam, Concilia, Pontificem. LVTH.. Euge! sic?

Aliud puer, aliud vir sentis: & tamen

Tu tibi constare non injustè diceris.

Ego ut Romani Væjovis mancipium eram

Ipsum sectabar: jam Antichristum cum scio,

Etiam secter; tibi ne videar aliud sedens

Aliud stans. Sed ne quid celem, primum ut tuum

(Quanquam Lei jactant Monachi) vidi librum,

Sic mecum: hem! quid si discipulus præstet suis

Doctoribus? magni volebam pendere.

Vt legi, perii Asinus ad lyram rex ad sacra.

HEN. Tu me ad Asinum Luthere bestia compares.

LVTH. Ne sævi tantopore Henrice mi Rex Angliæ,

Omnes eodem habeo admissarios loco.

Qui pugnat periculum præstò est. Tute gladio

Plus quàm verbo vales: istæc provincia est,

Eam orna, mihi cum meis calamo decernitur

Cui quàm tu longè me adsuefeci rectiùs.

Denique

ACTUS IV. SCEN. VIII.

Deniq; callum obdixi. HENR. missam vehemen-
tiam

Faciam tuam. LUTH. non potuit melius. fac tua
STUD, Res mira? ligna venum vectat Alphabetum
Andreas Bodensteinius Caroloftadius.

Doctör. jam sese ad stivam abjiciunt literæ.

CAROL. Nimirum unus quia nobis Doctör Chri-
stus est.

Hic, ne Doctöris quisquam honore gaudeat,

Liquidò prohibuit: soli servavit sibi.

Dein Andreae vicini, nomen erit mihi,

Exputa pristini illius insolentiâ.

LUTH. Caroloftadiũ ajunt vitam colore rusticam
Academicos honores criminariet.

CAROL. sic sum ut vides Luthere. LUTH. Hem! quæ
figura. CAROL. quæ

Hæc res est? nullibi non abs te accipio quid

Detrimenti. nomen quantum per te est meum.

Invisum reddis omnibus. tu liberè

In me dicis. damnas, si quid respondeo.

Huî nequis excudat luci manu pede

Obsistis. jam cum victum stivâ quærato

Rursum abs te metuere habeo, ne damnum crees.

LUTH. Istuc verò æquè odi atque angues; nihil

In publicum dari, furtim spargi tamen.

Ita lolium de node seminatum abit

Tenebrarum princeps, quin ut, quid persuadeas

De me tibi, sit, nummum volo muneri dare.

ACTUS IV. SCEN. VIII.

Aureum. CAROL. da. LUTH. habe. CAROL. hunc habeo arrobonis in loco.

LUTH. Immò inquã, ut scribas, videas in me quod mora

Non sit ulla, quin edas, quàm proximè potest.

CAROL. placet. atq; non emis tibi adversarium?

LUTH. Non; qui pridem es, sed ut consilia intuerier

Tua & his tanto feliciùs possim obviam.

Aperto ab hoste minus est discriminis. ita

Præstat, ut ungue Leonem hos accuratiùs,

Sed quid Orlamundenses? quas scribunt literas?

Hem quàm venustas. respondere nuncia

Coràm. ORLAM. Frustra Lutherum heri expectavimus.

Hodie tametsi Bartholomæo antiquitùs

Sacer est dies Apostolo, messum ibimus.

WOLFFG. Consul domi est? ORLAM. sum. WOLFFG.

Lutherus de literis

Sibi à senatu & civibus missis habet

Quod coràm agat. ORLAM. pleriq; messi jam vacat

Sed confluant faxo. ORL. salve Doctor. LUT. velim.

Quid propero rationem esse temporis.

Eccos autem qui hîc hominũ ornatus est? ORL. age

Hoc impetremus abs te conciuunculam.

LUTH. Non ejus causa ventum, nam de literis

Præcipua quæstio est, quî Caroloostadius

Pastor est vester Academiâ insciâ et Duce?

ORL. Elegimus. LUTH. Deo jubente imagines

Motu

ACTUS IV. SCEN. VIII,

Motu exturbatis proprio. CAR. Luthere vis,
Salutem? LUT. nō placet. hostem professus aureo es.
CAR. Perinde est. quin & audire volo hostis, quoad
Veritatem impugnare tu perrexeris, tuus.

LUTH. Nolo hīc sis. CAR. hīc? si causam haud inju-
stam foves.

LUTH. suspectus es. CAR. sim sanè. neq; judex ero.

Non ab hostium partibus stem & audiam licet?

WOLFFG. Partes tibi datæ sunt. exi, istis fungere.

CARL. Princeps? an mandato? exire hinc nullus

LUTH. Jungantur equi! si non hic exit, exeo (volo

Ego. ORL. apage ne pars colloquij optima pereat.

LUTH. Pro concione in vos à me dictum grave

Accidit. atq; factum non id est. ORL. Veruntamen

Dixisti non obscure quod fodicet latus,

LUTH. Dictum in commune. sensisse cui dolet reor.

Literas renunciationem interpretor.

Officiorum omnium. ORT. qui sic? LUTH. ut causa
nulla sit

Alia; Hic tamen vultus hoc; & illud, indicat

Fanaticos vos esse. Nam contuemini

Vosmetipsos; non exardescunt oculi haut secus

Ac flammæ? tamen scio in esum me dimittere.

Sed unde locorum scripturæ imagines

Aboletis? ORLAN. SENATOR Mosen largiēre in
Decalogum

Mihi rectè commendatum. LUTH. rectissime

ORL.

ACTUS IV. SCEN. VIII,

OR. SEN. Atq; hic habere nullam, abolere omnes
jubet.

LUTH. Prostantes ad cultum. ORLAM, SUTOR. quo-
ties imaginem

Ad parietem pictam aut factam? (nō impium est?)
Nudato præteriens veneratus capite sum?

LUTH. Cur non abufum tollis vinum & fœminas?

ORLAM. AL. Quia Dei nō hominum facta manu.
imagines

Facit, evertit homo: vinum quoniam non facit,
Non perdit. LUTH. at si idolum sit helluonibus?

ORLA. SUT. omnes. omnes, abolere Moses imperat:
Ad cultū, ad ornatū, ad memoriam, perinde id est.

LVTH. Non hæc scriptura. ORLAM, SUT. quantivis
contendere.

En dextrā. LVTH. fidemq; ORL. SVT. istuc intelligis?

Etiā ab interūla nudam ipsa sponsam volo,

Ait Deus, LVTH. hospes sum idioma vestrum haut
calleo.

ORLAM. AL. si caccipe, à creaturis anima hominis
Nuda siquam concupiverit jam imagine,

Implicatur. quid? si factitâ quâ imagine.

ORLAM. Heus heus textū Luthere jam aures arrige.

NB. Hic legatur è sacris Bibliis Deut. 4. v. 15. 16. 17. 18. 19.

Omnes? ubi! tantū sitis superstitionibus.

LVTH. Quid igitur hoc? non adorabis? quia gratia

Cultus quæ sunt. ORLAM. AL. Facere aliud, aliud,
malum

tem est adorare. LVTH. sed legendo pergite.

ACTUS IV. SCEN. VIII.

Cur non cœlum stellas, Solem, Lunam pari
Modo motuq; comminuis. ORL. SVT. hominum,
marium,

Non sunt. NCLAM. CONSVL. audite, audite. LVTH.
laudo, olim silent.

ORL. CONS. Verbum sequimur nihil addimus, ni-
demimus,

WOLFFG. Quiesce mi senex. LVTH. Enim damna-
tus à

Vobis sum. ORL. SVTOR. quia vis, esto omninò:
Habeoq; te

Omnesq; quantisper Deo & verbo Dei,
Scribendo legēdo reluctatur damnatū? LVTH. ain?
Forte pueri tantundem non responderant.

In currum. ORL. CAMERARIUS de sacramentis; ali-
quid mane

LVTH. me legite. sunt in manibus omnium libri.

ORL. CAM. Legi. hautexfatiant conscientiam meā.

LVTH. Oppugna scripto si quid desideraveris.

PRIOR. WITT. Quid ab imaginibus est pericli?

ORL. CAM. plurimum

PRIOR. Satis hæc tibi planâ: satis meministi scilicet.

ORLAM. CAM. Quod hujus mihi excidit ætatem ô
discas tuam.

Sedeant ad oculum commonstravero tibi.

LVTH. Cor dolet, miserè hanc quovis rapi plebecu-
lam

KALENSES. Populares. quid? cum Luthero con-
ventum ut est? ORLAM.

ACTUS IV. SCEN. VIII.

ORAM. Eum à nobis commotum amissimus satis.

KAL. commotum? cui bilem haut inesse credimus.

Ad concionandum invitamus: obsequens.

Nos ut bilem in nares concitemus homini,

Ecce vobis Servatoris crucifixi imaginem

Comminutam in suggesto studiosè sternimus.

Dissimulat videre, pedibus provolvit aliquò

ORL. Ibi tum non detonuit: *KAL.* verbum nullum.

ORL. vide.

KAL. Quin immò de fide, de conscientia

Bona retinenda ita verba facit uti nihil

Præclariùs. *LUTH.* Etiam altero nolim aureo

Hoc Caroloftadianum non redimere. Nam

Tacita hoc errorum lerna quid non potuerat?

Personam tandem huic detraxi probè aureo

Hoc scripto quid parturiat omnibus palàm est.

Quid autem mei tantopere amici gestiunt

Pontificij satellites. *CHOR. PONTIF. 1.* Evangelij

Fructum vides tui? quid Caroloftadius?

LUTH. Plus mali quam quot estis, quot eritis quot
fuiſtis hic.

PONTIF. 3. Quam tua adverſus te lingua tulit, ſen-
tentiam,

Quia ab humano conſilio facta ſunt tua,

Anni unius atq; alterius, ſpacio corruent.

LUTH. Scis quid item ibi? JESU CHRISTE doctrina
gladium.

Apparet juſta eſſe quæ doceo, quod omnibus

Caco-

ACTUS IV. SCEN. VIII.

Cacodæmones omnes oppugnatam eunt modis.
Tamen inconcussa durant, quâ insistent petrâ.
Et hem! *RVST.* Siccine tandem de vobis sumimus
Meritas infani pœnas Principes? diu
Nostrum qui exorbuiſtis succum & sanguinem,
Nobis pro pecudibus usurpatis. *LVTH.* bone Deus!
Quæ vos? incessunt audacissimos furia homines
Hiccine fidei fructus vestræ sunt? perviam
Ædium facere omnes principalium angulos:
Inferre vim, exturbare, occidere.

RVST. Fas esse non censes? *LVTH.* fas injustissi-
mum.

RVST. Nos cum pro canibus habeant, cum velint
necent.

Hæccine libertas Christiana? servitus
Nulla usquam tanta medijs in Scythis fuit,
MVNC. Tum quod longè gravissimum, quo san-
ctius

Esse nil potest, Evangelij nutu suo
Dant copiam, non dant, nihil est atrocius.

LVTH. Ideòne disceptare armis Christus docet?

PRINCIP. Ad te venimus spem, salutem, cōsiliū
Auxilium expetentes, uno machinas libro
Omnes amolière à nobis rusticas.

PONTI. Luthere prædictum fuit Vormatiæ?

LVTH. Prædicta multa. Quæ vestra trepidatio est
Principes,

Non hæc speciosa vestra indigna facta sunt.

Nam

ACTUS IV. SCEN. VIII.

Nam quando tandem aperitis portas cursus
 Renascentis lucis? Quando tyrannidis
 Exactionum, avaritiæ, insolentiæ
 Vestræ est finis? Vestræ hoc erit primum offici
 Antè actè deploratâ vitæ malitiâ
 Novos veræ edere fructus poenitiæ
 Deum oretis (quandoquidem vestræ haut est opis)
 Seditionem hanc ille in tranquillum ut conferat.
 Quæ non eò factiosi dico rustici
 Quod vos à culpa abesse magna sentiam.
 Hos magistratum; vos esse subditos Deus
 Jussit: utrosq; sibi olim rationem reddere
 Villicationis. Hi quod officium modo
 Suum faciunt nullo vestrumne est plectere?
 Nonne his commissus est gladius? jugum
 Vobis? ut colla subjiciatis. quis malus
 Igitur genius hunc jam subvertit ordinem?
 Cælum, terræ miscet? gladios deponite,
 Restituite in quem accepistis, principes locum:
 Rerum malè actarum veniam poscite Deum:
 Culpa deinceps carete: à factis talibus
 Animus fit vacuus, sit integer: sit principum
 Vobis salus cordi. Quod si fiat secus
 Et vos abuti gladio rapto postea
 Non pudeat, istuc vestris factionibus
 Dico, edico ore Christi Gladio peribitis?
 Multitudo vestra factio si nulla erit,
 Nulliq; jam vos principes, quàm plurimi.

RVST.

ACTUS IV. SCEN. VIII.

RUST. Quis negat? parasitus est Lutherus Principi
MUNC. Istuc est dictum certo longè certius.

LUTH. Agite Principes quia negant rectā in semitā,
Pro animo nimis fracto atque afflicto, invenimini
Forti & magno; Vocati ad hanc rem cædite.

Fundetis innumerabiles non maxima
Copias manu; quo vera prædixisse me
Dolebit adversariorum fenatui.

(es

PONT. Videbimus; quanquam tu hujus belli tuba

LUTH. Falsum est, appello vestram conscientiam,

Qui in libertatem adversus Romanas Strophas

Hoc seculo magistratum asserui suam

Deque subditorum officio luculentius

Docui, quàm mille, ante illa tempora, tempora.

Ego quod vos quod Diabolum miserè mordeat,

Animum ad uxorem applicui, quam volo ducere

Ut Lutheri jaceat animus plus ingeni

Oportet cum Romæ tum ipsis esse inferis.

PONT. Hic non edit miracula, hoc sat miraculi est;

Expugnare unum homines omnes nullo queunt.

LUTH. Aliud; fauciam videtis gentem rusticam?

Prædixi? PONT. ita. LUTH. nunquid in mentem? es

Thessalus.

LUTH. Enim fugitivi rustici edicin' fore?

RUST. Eheu serò sapimus. LUTH. subesse discite.



M

ACTVS



ACTUS QUINTI

SCENA PRIMA.

PHILIPPUS HESSUS. LUTHERUS.
OECOLAMPADIVS. PHILIPPVS
MELANTHON. CINGLIVS.

PHIL.

LVtheri apud me autoritas est maxima,
Eò quod neminem hominum supremum in-
fimum.

Pensi habet, officio si quâ fungitur suo
In pforam idem utramvis lixivium erat princi-
Æquè atque in gentis infelicis rusticæ. (puni
Animum ad leoninum hoc accedit, lenitas
In loco incredibilis, si pertineat ad Dei (ruum,
Honorem & gloriam. Sed quem strepitum cur-
Certè ipfus adest. cum Oecolampadio, cum Cin-
Argumentis putabit ad concordiam. (glio
Vtinam hæc in hoc iniri possit loco.

O salve mi Luthere. LVTH. princeps inclyte,
Tametsi vereor scis princeps quid velim : tamen
Humanitate ut quis nobis sit superior
Nolim, aut ponendis litibus proclivior, (mè.
Venio cum Philippo, cum Jona. PHIL. factum opti-
TIM. Mihi quid de eventu promittam nescio.

Id

ACTUS V. SCEN. I.

Id Lutherum alicubi, à sacramentariis
Plus odii accepisse quàm à Romanis audi.
Ut semel omnia complectar; Caroloftadius
Fert signum, quod locutus esse indoctiùs
Id hi paulo produnt interpolatiùs.

Mali corvi malum ovum, ut istuc suspicor.

LVTH. tortuosum disputandi relinquemus genus
Totum Oecolampadi atque illos aculeos. (nis
Secùs quàm ante, peccatum esse peccatum origi-
Ais? OEC. ajo. PHIL. & tu. CING. ajo. LVTH. bapti-
smi diluvium

Ad tollendum originis reatum facere ais?

OEC. omninò ajo. PHIL. & tu. CING. fateor, in-
quam, maximè.

LVTH. per verbum perque sacramenta Spiritus
Sanctus datur? OEC. datur. PHIL. datur Cingli
CING. datur

Canoque à me aliter ante hæc scriptis palinodiam.

PHIL. Inter vos convenire de multis placet:

Volo autem, quia de cœna disputabitur,

Quò gravius dissentire mihi videmini

Ipsè interesse, qui componi & rem hanc velim.

LUTH. Res te præsentè postulabat omnia

Religionis percurri Princeps inclyte

Capita, quoniam errores in Cinglii libris

Non paucos numero est invenire. dein palàm

Prædico de Sacramento docere me

Sic ut ne gry decedere à sententia

M 2

Velim

ACTUS V. SCEN. I.

Velim aut possim. Si verò afferre gestiant
Oecolampadius vel Cinglius vel Bucerus
Aliquid contra veritatem, audire & solvere
Ego ac lubens volo. CING. non in id convenimus
De aliis, quàm de sacramento decernere.
Quo facto progressus ad alia fieri potest.

LUTH. Quod vobis placet istuc item placet mihi.
Mane mane prius hæc **HOC EST CORPUS
MEUM**

Verba veritatis pingam ob oculos unde sunt
Tela unde vestra, ut huc siem receptui.

CINGL. Primum Luthere illud Christi adversum
est tibi,

Caro non prodest quicquam. quo facile accipit
Etiam in cuius non multum aceti est pectore,
Non reperiri in Sacramento carnem, & quod hæc
Carnalis manducatio ad rem referat

Nihil. LUTH. quando de carne Christi intelligis
Caro non prodest quicquam, totâ erras viâ.

Qui vitam afferre carnem dixerat prius
Suam, Christum fugisse memoriam putas?

Et quis sanus non hoc à verbo abhorreat?
Servatoris non ulli est usui caro.

A carne Filij Dei non hoc est commodi

CING. Immò verò de carne loquitur Christus suâ

LUTH. Dabo è carne Christi fructum non capi, ce-
Non prodest; ergo non adest. evincis hoc? (dò

Sic igitur durum mitigo verbum tuum;

Caro

ACTUS V. SCENA I.

Caro Christi non prodest quicquam infidelibus.
Tamen de carne sua plane sermo nullus est
Christi, sed de nostra, quæ spiritu caret,
Et tantum sunt carnis sentit, æstimat.

Hæc, quod redundet, volui afferre. Cœterum
In De captivitate Babylonica satis,
Sexto Joannis, de sacramento nihil
Ne syllabam, meridiano clariùs
Sole ad oculum commonstravi dilucidè.

CING. age igitur Christi corpus, ut nostrum, afferis
Ita esse. LUTH. ajo. CING. mi quod est ingenium
corporis

Utrumne an uno teneri an pluribus locis?

LUTH. uno. CING. uno. istuc æquum fuit te dicere.

CING. Jam ascendit in cœlos Christus? LUTH. ita
maximè. (secro?)

CING. Habet, in sacramento igitur quo pacto ob-

LUTH. Sacramentali, non naturali. tenes?

Deusne ad leges naturæ alligabitur?

Rationis hoc est facultates metirier,

Cujus potestas omnes res complectitur?

CING. Nostris, quod capi non potest, non inculcat
Deus (hoc,

Auribus. LUTH, ne tam inclementer Cingli quid

Deus homo? ration' edocta est satis tua?

Apage cum hoc verbo. CING. Enim à ministris
impiis (bum vide

Corpus ad quem accersetur modum? LUTH. Ver-

ACTUS V. SCEN. I.

Hoc est corpus meum. cuius? CING. Veritatis est.
LUTH. Cujus verba res. verbo, non ministro id est.
Sacramentum è ministro vides? aurem cedò:

Aliquanto propius ad Donatistas adis.

CING. Rectè mones. Oecolampadio cedam locum.

OECOL. Cum sacramenta signa sũnt, signabitur
Christi corpus; non etiam præsens præstò erit.

LUTH. sunt signa cuius esse Christus signa vult.

Panisque signum est corporis? vultum huc, videntur

Hoc est corpus meum: non, signum corporis.

OECOL. Quid signat igitur? LUTH. annexu promissio-
nem.

Vt eam docet verba, queis sanxit Christus, affatim.

Invenire signa in verbo non affingere

Te mirè oportet. clara hæc, Hoc est corpus me-
um.

Quid quæso sunt inania opus glossemata?

OEC. Mecum doctores sentiunt Ecclesiæ

LUTH. Nescio tecum plures an mecum. Maxi-
mus

Optimus omnium Doctor hæc, Hoc est corpus
meum.

Hic verax: homines prenduntur mendacii.

CING. Quanquam de corporis Christi præsentia

In cœna, noster ad vestram sententiam

Non accedit animus: tamen humanissima

Ingenia illa vestra Luthere faciunt, uti

Postulare à vobis atque expectare omnia

Creda-

ACTUS V. SCEN. I.

Credamus. Quamobrem ornatissimi viri,
Quod ad Dei gloriam, unitatem Ecclesiæ,
Honorem vestrum & pacem vergat publicam,
A vobis etiam atque etiam majorem in modum
Toto petimus animo, toto contendimus;
Quia membra omnes Christi capitis sumus unius,
Vestrorum in fratrum numerum nosmet recipite,
Et imbecillitatem ferte leniter.

Non quia nondum temporis oleribus vescimur,
Arcere ideò à lacte nos vestro convenit.

Pro illa tenui infirmaque parte nos ita
Geremus, ut fratres est æquum fratribus.

LUTH. Istuc fateor, quid postulati nescio.

Nequeo mirari satis, quî nos fratrum loco

Habeatis, qui dogma istud de cœna impium

Vestrum pronunciamus; quia pugnet Dei

Verbo. Si opinionem magni penditis

Vestram, damnatis nostram, quid commercij

Justitiæ cum injustitia? namque utrumque

uti

Constet, fieri, nequit. nequeo decernere.

Nos videte; Quoniam veritatis nitimur

Verbo, læti incedimus; contraria

Spernimus: nisi qui nobiscum lentit nemi-

nem.

Agnoscamus fratrem. Er frustra illud quæritis.

Hoc demum nobis argumentum est novum,

Nos quod genuini simus; vos fitis nothi.

M 4

Eò

ACTUS V. SCEN. I.

Eò, quod honesto ortos thalamo nothi sciunt
Legitimos, se in eorum optari numerum volunt.
Igitur quia nos genuinos esse filios
Tacite fatemini, cum fratres quæritis
Nobiscum audire, eandem nobiscum patris
Audite vocem, veritati herbam date.
Infirmitate nullâ vestra est erratio:
Quia manifesto verbo contradicitis.
Infirmitas magisterio verbi se subjicit.
Ut uno verbo absolvam, sic est: spurius
Justum blandè appellat Simparticeps tuus.
OECOL. Atqui sumus parati vero cedere.
LVTH. Ut Orlamundenses erant me. parati?
Hoc est corpus meum, cedite, quid verius?
Mei vos Cingli, itemque tu Oecolampadi
Videte quam rem agatis: nimis timeo nimis
Ne palmas in sublimis ferientibus trium
Spacio annorum serò hæc vobis ploranda sint.
PHILIP. Hæc. Oecolampadi unum hoc seorsim
Sais à partibus scripturam Saxones (edico tibi:
Hæbent. fontem bibunt. quid te facis cedò?
OEC. ah! Princeps clementissime hoc velim:
manum hanc,
Hoc de argumento primum ut cœpi fingere,
Apicem, quò nescio fuisse. CING. sine impetrem
Fratrer ut sim vester Luthere. LVTH. istuc fac, patris
Nostri audias filium, Hoc est corpus meum.
OEC. Simus inquam. CING. simus. LVTH. non vo-
lumus, non possumus. PHIL.

ACTUS V. SCEN. I.

PHIL. HESS. Facio tecum Luthere. qui meus velit
 A me, cum non habeam, dici frater; quia hoc
 Petis inquam duo agnosco: legitimus, quod siem,
 Tu illegitimus. Nunc si legitimus, cur petis?
 Quoniam abs te, tu quod à me petis, nunquam
 peto.

LUTH. Scitè Princeps. jam qui vocem Christi audi-
 sunt fratres Christi. Hi testes sunt audire nos, (unt.
 Quia fratres ut sint, expetunt. PHIL. HESS. ita sen-
 Non negligenda caritatis interim (tio:
 Officia. LUTH. id aliud est Princeps. politica
 Colatur pax, si mus salutis publicæ
 Studiosi omnes, ad voluntatem nostram relliqui
 Nil faciemus, PHIL. Hess. Theologi, ut ad coronam
 Id magna delectatione cor meum (dem;
 Afficitur, inter vos de rebus ferijs
 Tam amicè. ea res inquam voluptati mihi
 Summæ est, affertq; cumulum ingentem gaudij.
 Quod in opibus est meis, pacis, concordix,
 Compositionis autor esse haut destiti;
 Id impetratum in non paucis mihi gratulor.
 Hoc obtinere nunc à vobis pervelim,
 In quibus vestrorum est omnium consensus,
 Ea in unum colligitis fasciculum, manu
 Subscriptâ firmetis, ratum habeatis. LUTH. Benè.
 Quæ tu vis volumus Princeps illustrissime.
 CING. Idem unum nobis cōvenit. PRINC, fideliter!
 Sumptum potueram melius nusquam ponere.

M 5

Hem

ACTUS V. SCEN. II.

Hem factionis rusticanæ oppressio,
Vix tanta quàm harum partium sopitio.
LUTH. Eccam contractæ, Princeps illustrissime
Formulam Concordiæ subscripsimus manu.
PHIL. HESS. Istic magno me demeriti estis:
sequimini



ACTUS V. SCENA II.

CLEMENS VII. PAPA. MERCVRINVS
ORATOR CÆSARIS. CA-
ROLVS.

CLEM.

SEdem vides Romanam gemere, Carole
Imperator, ignominiam & plagas lue
A Lutherana ingravescentes: & quotidie,
Quantum etiam obligatur reddi vulnus atrocius;
Mox cum cicatricem inducit revellier;
Divellier: tanta est hæretici impunitas!
Quid speremus dein? nisi ut confecta ex ictibus
Procumbat Roma Ecclesiarum illud caput
Et mater. Non autem istuc lamentabile est;
Te Cæsarum facilè fortunatissimo
Pestem grassari impune infelicissimam?
Proinde quod de te Romana Ecclesia
(Cujus manu coronatus Imperator es;
Quod recipisti sanctè ita, ut nil sanctiùs.)

Benefa.

ACTUS V. SCEN. II.

Benefactis merita est multis, fili unice;
Jam regnis abs te pace reddita tuis,
Et Deo quod causa debebas gratitudinis,
Dehinc postulo, sive æquum est, te ore Carole,
Ut redeant in viam. MERC. quibus hæc fiant
duo

Sunt modi pater sanctissime. unus Vis; ut in
Factiosos producantur copiæ illicò
Hæreticos: pœnas ense, incendio, luant.
Alter facilitas; redeatur ut in gratiam.
Jam belli longè fortuna incertissima est.
Armis experiemur; si par referant pari.
Si evadunt superiores, quid fit postea?
Quid armis Sigismundus sumptis ceperit
Notum omnibus. Ea propter augustissimus
Carolus Cæsar, Dominus clementissimus meus,
Huic dat consilio palmam, facilitati. age,
Igitur Pater sanctissime, quod tui officii,
Qua es sapientiâ, da negotium doctissimis,
Minusq; suspectis parti utriq; arbitris;
Qui rem totam summa quantum potest fide,
Investigent, excutiant, componant. viâ
Si non succedit hac, tempus ingredi alteram
Armis. qua parte quod sui sit muneris,
Victoriosus Imperator Carolus,
Labores subire pro servanda Ecclesia,
Et experiri maximos paratus est.

CLEM.

ACTUS V. SCEN. II.

CLEM. Quod bellum lenitati Cæsar posthabet,
 Id ut in suo justissimum loco est; ita hic,
 Absit invidia dicto, injustissimum foret.
 Nam Cæsar fili, quamdiu potentiâ
 Abutuntur nostra hæretici? quid consili
 Ad redigendum in rectam Lutherum semitam
 Non est sumptum? surdo fabulam, verba mortuo.
 Nam quid pro benefactis retulimus gratiæ?
 Lapidés: stipites. helleborum hisce hominibus
 Tirones in re literaria rudes, (opus est.
 Hospites, peregrini, plumbei. sordes. lutum.
 Malorum. Romam Lerna, stabulum, Temerarij,
 Perjuri, sacrilegi, homicidæ, adulteri;
 Ut noluiſſes nostra panem de manu,
 Accipere. hincce facilitas ut habeat locum?
 Synodi fiant? minùs suspecti iudices
 Signentur? Pontifex obeat vadimonium?
 Hæretici causa? videte, res quo spectat hæc?
 Iterùmne fas, quod damnatum est, cognoscere?
 Quare Cæsar fili, qui ætate, viribus,
 Prudentia, victoriis, post Cæsares
 Natos parem habeat nescio; provoca animum
 Incomparabilem tuum: bellum tibi
 Indic ipsi, & levitati tuæ; quò sentiant,
 Qui te non pernôrunt satis, qui vir sies.
 MERC. Non sunt tam pauca numero pater san-
 ctissime,
 Cognitionem quæ exactiorem postulant,

Ut

ACTUS V. SCEN. II.

Ut Synodum expectet. CLEM. hem! quis tu? qui
Cæsarem

In alienam rapias sententiam; mihi
Oblatres? tanquam compar si sim tuus.

MERC. Exceptis verbis, nil meum: omnia Cæsaris,
Non est tanto quod mihi vultum succenseas,

Pater sanctissime. CAR. ut Mercurinum dicere

Audistis Clemens Papa, patres cœteri;

Ita à me iussus est. ille beatissimæ

Adrianus memoriæ Pontifex, in Noricis

Correctionem flagitare curiam

Romanam, & alia sponte fassus est. dies

Non it, qui ab accusationibus fret

Solutus: ad concilium causam in comitiis

Remissimus: non deseritur vadimonium.

Rationes ipsi facite, bellum quâ manu

Inceptem aut fronte: memot, quàm illam quæsti-
onem

Inquisitam amittere, satius est Cæsarem

Non esse. Proinde Pater sanctissime ne mone.

Aliud non possum quàm audire prius: postea

Hominum injustorum injustam pertinaciam

Omnibus adductis machinis, ulciscier.

Ad id Vindelicorum Augustam illam comitia,

Indiximus; ut his, ut vobis fiat satis.

CLEM. Deliberatum, quia gravis causa, ibimus.

Huic ego nunc concedo, ut mihi concedat alibi

Satis hoc planum est; aliàs volet quod jam volo.

ACTVS

ACTUS V. SCEN. III.



ACTUS V. SCENA III.

JOANNES ELECTOR. LUTHERVS.

JOAN.

Augustam Vindellicorum dictus est dies.
Huc me paro; tametsi artes Pontificias
Memoriter teneo: sanguis sanguis Symbolum.
Meam sic subduco rationem. vertitur
Salus æterna: os rotundum hic est opus,
Fidele cor: Maledicta muscitatio.
Illud Servatoris versatur ob animum,
Si quis me coràm hominibus, ego coram DEO.
Eccum autem opportune Lutherum qui mihi
Id autor contra plurimos fuit;
Facto cum alijs principibus fœdere, Cœsarem
Ex Italis redeuntem ne exciperem exercitium
Opposito: literis potiùs, Cœsaris fidem,
Quàm vanis adversariorum logis darem.
Inveni præstat; melior conscientia est.
Luthere salve. LUTH. Domine clementissime.
JOH. EL. Sum Augustam in procinctu. LUTH. ô fa-
ctum illustrissimum!
JOH. Primus sim faxo. morem Cæsari geram.
LUTH. Hoc Electorem tantum cum primis decet.
Ponam (quantumvis non credo logodædalis
Romanæ

ACTVS V. SCEN. III.

Romanæ parasiticis aulae) aliud Cæsarem ,

Quod si vocarit ad comitia humanius ,

Ceptiones Bononias gestare in sinu :

Quæso clam sit Deo ? quasi non expugnare preci-
bus ,

Queamus. istuc princeps plebejo interest ,

In victo animo. verùm quid me fieri audio ?

Augustam non licet ? ION. EL. non : quia non ex-
pedit

LUTH. ubi sum ? ION. EL. Coburgi. quò ad te iri ,
cum usus est , queat.

Confessionis exhibendæ lineas

Duc primas: filium Philippus sectabitur tuum ,

At mitiore crena ; quia tute asperrimâ.

EO. LUTH. Non temere ast quod dixit Elector mo-
dò

Agnosco , crepitat ac respergit plusculum :

Philippi contra & Brentij vix audias ,

Vix videas : non habeo quid coniectem , nisi


Quia per tesqua per hirta feror ; illi regiæ

Iusistunt semper semitæ ; quod optimum ,

Mihi nulla via est inuia ; non item tibi,



ACTVS



ACTUS V. SCENA IV.

JOHANNES ELECTOR. LUTHERVS.
PHILIPPVS HESSVS. BVCERVS.
TIMOTHEVS.

JOHAN.

Philippi reddo verbis conceptis tibi
Articulos tuos septendecim : perquire, si
Quid, deme, adde. LUTH. faciam ut lubet Celsitu-
dini.

Eccum autem peropportunè Hessum. LUTH. illu-
strissime

Princeps, Te per salutem per sacra omnia.

Oro; cum Cingliacis ne quid confortij.

Cavendum fuerit. tametsi fundamenta quæ
Marpurgi afferebant, à te spreta sunt,

Deque te non ambigam: tamen quid non potest
Hostis omnium perdidissimus mortalium?

Tum illi poetæ prorsus ad eam rem sunt unici;

Placentam cum adsunt garrunt cum abes nihil

Meminere. nos vide, age Princeps celsissime

Quid promissum? en Carolo stadium fovent:

Vt opplet ille istis auriculas fabulis,

Ita accipiunt tanquam sint scita oraculi.

Quid non cessere nobis? jam ubi? PHIL. dictum
puta.

JOH. Redeo Luthere perlegisti? LUTH. ab initio

Vsq;

ACTUS V. SCENA IV.

Usque ad finem. Non poteram ego tam suaviter.
Nil muto. cogitata satis satis sunt omnia.

ELECT. JOAN. Sed quid fiet de concionatoribus?

LUTH. Ne sit molestus Evangelio; Cæsarem

Orate, supplicate, projicite ad pedes,

Præstate ultima: si nil impetrabitur,

In oppido filere fas est Cæsaris,

Ita ut tu; si jubes, Torgaviæ velis.

Non tollit Evangelium jura politica.

Vos extra; Cæsar in culpa est. JOAN. percipio te.

Quid si in superstitiosa comitandum est sacra?

LUTH. Syro in fanum secundum ibis Naemanae.

Cæterum Deum amicum habe, mundum, si aliter

Hostem universum totum. fortunatior (nequit

Te principe princeps nusquam vivit gentium.

Uni tibi præcones sunt Evangelii

Sinceri plures per regnum passim tuum,

Quam nulli cuiquam Electori aut principi alteri.

Voluptatem permagnam! è disciplina habes

Producere septennes quam mares, tam foeminas,

Tuâ; quibus de Christo exploratum est magis,

Quam pridem dudum Romanis etiam omnibus:

Id quod paradiso exequeri primo potest.

Scholæ innocentes parvulorum Principem

Precibus, quas justas esse scimus, Te suis

Deo commendant: pro te humi prostrati suppli-

cant.

Partem cœlorum magnam commissam habes

N

Tibi

ACTUS V. SCEN. IV.

Tibi, quis non Deo deprædicet carissimum?
Etiam Lutheri non nihil poterunt preces.
Quod factio murmurat Romana ad clepsydram,
Placet Deo putas? pensum absolvunt, sat est
Video autem quem? Conciliator, hic est Buce-
rus. (gregem
IOH. Scio quid est de articulo decimo. adscisci in-
Quærent nostrum. quam nescio humanam manū
Pollicentur, si Cæsar oppugnare nos velit.
Primum illud suspicione non caret, manus
Humana: tum ut in pauca, textum clarū disputāt
Non amo. IMPROBANT SECVS DOCENTES
aureum est
Redeo ad me. LUTH. gaudeo, Non tibi Magister
est opus
Buc. Salvere te jubeo Doctor. LVTH. Salve tu item,
Buc. Id ad te Augusta venio Luthere: Principes
Tuarum partium nostris Ecclesiis
Confessioni ut subscribant suæ dare hoc
Gravantur, quia de cœna doceamus minus
Paulo quàm ipsi. Quæ sit virtus Helvetiis
Manifestum, in mediisq; positum est. jam te peto
Et quæso magnopere, cordi concordia
Ecclesiarum sit, salusque publica.
Texunt utrisque centum Romani plagas.
Vni multi: contra multi nulli sumus.
LVTH. scis quid Marpurgi Bucere. si est ut repudient
Sutelas ad sacramentum focii suas

Tui,

ACTUS V. SCEN. IV.

Tui, & palmam dent verbis Christi, tum sumus
Parati recipere ut qui maximè magis
Namq; volupe nil, quàm mundum Evangelio ob-
Helvetiorum de virtute & potentia (sequi
Liquet: quod autem huc allegatur, non opus.
Primum ratione causæ, quæ quoniam Dei,
Facultatibus propugnari humanis negat.
Deinde quia non video unde sit periculum.
Audire dicto Christi simplici fide
Hoc nil vobis antiquius, nil sit prius,
Statimque Fratres oppidò sumus intimi.
Buc. ad pacem ineundam reliqui quod nihil facis
Id grata mente accipio & meis renuncio:
Idque, panem Corpus Christi verum esse fateor
Et naturale & essentialè, ut tu doces.
LVTH. Ita ut dixi si fiat, est gratissimum.
Horunæ quid tandem vult flagitatio?
Nequeo satis mirari, neque conijcere ego.
Quid autem Timotheus, unde gentium se agit?
TIM. Contentione qui tanta pacem petit,
Martinus Bucerus libellum jam parat;
Vbi se de sacramento controversiam
Sedare promittit. spes magna; nescio.
Argentinenses Lutheri silentium
Optant tantisper dum proCUS sit. meram
Logomachiam censet, quod est scripti caput
LVTH. Id fieri præstabat scilicet, Silentium.

N 2

10

ACTUS V. SCEN. IV.

In verbis ut tantum fit disceptatio
Vita redimere maxime velim mea.
Quid multis? TIM. jam quæ causa cur non obvi-
Contra Anabaptistis ferocientibus venis? (am
LUTH. Quia nimis ille spiritus imperitus est,
Neque dignus cuius causa ductem lineam.
Semisis genius est malus; apparet omnibus:
Jamq; in illum varia doctorum scripta expetunt,
Quibus nonnunquam sum præfatus; proximè.
Turbas dabunt, quid istuc ad me pertinet?
Si qui tam insulso morem gerunt demoni tamen.
Sed heus tu Francofurtum Mogani non est iter?
TIM. Est. LUTH. Exaravi epistolam Senatui
Populoq; urbis. argumentum, Sibi à Doctoribus,
Et Cingliano dogmate caveant nimis.
Ea res prævisa, non prævisa, plurimum
Boni, mali affert. TIM. Si, quid Luthero interest
Nostrâ? LUTH. non dicent. non hæc his inscitia
Sat causæ quare scripserim. faciendum erat. (est
Cum venies, in Senatum quamprimus dabis.

TIM. Volo hoc illis præstare officium, & tibi volo:



ACTUS V. SCENA V.

TIMOTHEVS. LUTHERVS. VER-
GERIVS.

TIM.

Q Vid hoc hominis! quid hic Athenis insolens?
Purpuratus Pater Petrus, Paulus, Vergerius.
Mane,

ACTUS V. SCEN. V.

Mane, scio de concilio certè missus est,
Quid divinatione opus? tandem volent.
Hem Luthero istud indicium faciam. Vide
Autem quid ante ædes pompa? fallor? an quò abit
Quadrigis cum Pomerano? miror quid rei,
Tanto concursu. ad Cardinalem, intelligo.

LUTH. Salvere jubeo reverendissimum Patrem.

VERG. Habeo tibi gratias. Enim Lutherus es?

LVTH. Sum. si quid est, quod me compellatū velis.

VERG. Volo hoc quid de Concilio, scire, sentias.

LVTH. Apertè si cum pace fit tua efferam.

VERG. Rem gratam feceris. LVTH. Romanus Ponti-

Vt catulos felis gestat huc illuc suos, (fex,

Ita Concilium huc hodie, cras promittit aliò.

Verba sunt, verba dari censeo. ut rem feriam

De Concilio agatis Romæ, persuadeat

Non ipse Princeps Oratorum Tullius?

VERG. Non ita statutum habeas, nos vivere in diè

Qui summam adhibemus hac in re diligentiam,

Toti ut salus Ecclesiæ constet suæ.

LVTH. Quàm sitis curiosi jam mundo liquet.

VERG. Ista omnes res externas Germaniæ.

Non minori nobis curæ quàm nostras, ita

Perspectum esse debet ut quod perspectissimum.

Tùm de Concilio quòd iter hoc susceperim,

Id tute si carere molestia putes,

Quàm nullus sit tibi rerum usus liquidò patet.

ACTUS V. SCEN. V.

LVTH. Scio. quia pedibus est & sine pecunia
 Eundem ut Luthero Augustam? Quid potissimum
 In concilio? momenti causæ maximi:
 Cuculli, calcei, capilli, casei,
 Ora, cerei, campanæ & id genus alia.
 Concilium nostræ vestrum quid quæso interest?
 Quorum doctrina è sacris certa literis.
 Sanctus nostris Spiritus perhibet Testimonium
 Præclarum conscientis. Confessio
 Augustæ oblata Cæsari quæ non loca
 Peragrat? attamen Concilium indicite,
 Camparebo; non quieturos si vos sciam
 Prius, quàm in ignem coniectus sim. *VERG.* quò gē-
 Comitiam malis tute Ecclesiastica? (tium,
LVTH. Quò libet. in Hispanos, in Gallos, in Italos,
 Mantuam, Florentiam, Patavium perinde
 Est mihi. *VERG.* Velisne in concilium Bononiam
 Proficisci, Romani Pontificis oppidum?
LVTH. Adeoque etiam illam rapuit Urbem Pontifex.
 Irem? cur non? plenus animi & spei bonæ.
VERG. Enim si VVitebergam Papa venerit (citu?
LVTH. Veniat videbimus, *VERG.* verum cum exer-
 An sine? *LVTH.* utrum malet, in eodem est mihi
 Numero. *VERG.* ad quæ vestros verò pastores mo-
 Sacris destinatis atq; dedicatis? *LVTH.* hoc (dum
 Dicam. quia Pontifex Romanus cum Episcopis
 Suis ordinationem nobis denegat;
 Mandato ipsi divino consecravimus

Homines

ACTUS V. SCEN. VI.

Homines ad sacra obeunda maximè idoneos.
Exemplum vivum Pomeranus noster est,
Quem Ecclesiarum constituimus Episcopum.
VERG. Heus heus Luthere mihi redeundū. tu vide
Ad concilium ut pares. LVTH. Eam rem videro.
Si quid fit in mundo sum. Vos multò magis
Instructi quī sitis, prospicere habebitis.
Veniam à collo instructissimus meo, & feram
Ærumnam, si quam ferre Christus jusserit.
Illi jam Cardinali responsum fatim.


ACTUS V. SCENA VI.

FRIDERICVS MYCONIVS. PHILIPPVS MELANCH-
THON. LVTHERVS. BVCERVS .CAPITO. FRECH-
TIVS. OTTHERVS. SCHOLASTICVS. BERNHARDI. LY-
COSTHENES. MYSCVLVS. GERMANVS.
AVLBERVS. SCHRADIVS.

MYC.

PLurima salute Melancthonem summum
meum.

Impertio. PHIL. salvum te advenisse gaudeo.

MYC. Te quærebam. Lutheri est morbus amplior?

PHIL. Non. istuc fac, saluta MYC. primum hoc fe-
cero. (LVTH. rogas?)

O salve. LVTH. Salve. MYC. morbus unde? aut quī?

Lu. Rogas?

Senectus ipsa morbus est. MYC. id perplacet,
Iuxtà ambulare non cubare perpetim.

N 4

LVTH.

ACTUS V. SCEN. VI.

LVTH. Nihil Myconi longius mihi fuit,
Quàm ut te viderem. Bucerus in urbe appulit?
Myc. Cum sociorum numero non exiguo. *Lu.* scio,
Te quæso quid spei? Electori, Melanchthoni,
Luthero adempta, quæ fuit, ferme omnis est.
Nam non ita pridem in lucem emissæ Cinglii
Epistolæ, in vestibulo noster Bucerus,
Multa de illis graviter honorificeque prædicat.
Myc. Istuc sanè ad concordiam nihil facit,
LVTH. Censebamus. *Myc.* viros exercui domi
Docere sacris consentanea literis
Meæ, mecumque Menius noster in via.
Itemque puriori Patrum Ecclesiæ
Professi sponte sunt, & largiti omnia.
Quid autem strepitus est ante ostium? vide.
Myc. Ad te adventant cum nostris. *LVTH.* adeò ius-
Buc. Allatâ acceptaque salute, ornatissimi (serâ
Viri Domini colendi; principio & meâ
Et aliorum causa de hoc conventu hac quidem
In urbe, id quod quartum annum perpetuum dedi
Operam perpetuam, ex animo læto gratulor;
Ut in universa doctrina, inque ritibus
Eadem nostris sit, cum vestris Ecclesiis
Ratio, à vobis studio contendens maximo
LVTH. Æternæ quàm sim percupidus concordix
Ita ut Nos Vos, Vos Nos, uni si nus animi,
Dici non potest; id quod, qui me sciunt, sciunt.
Quò minus autem firmari pacem sentiam,

Movent

ACTUS V. SCEN. VI.

Movent me Epistolæ Cingli & Oecolampadi
 Errorum sanè horrendorum plenissimæ;
 Quibus in frontem commendatorias suas,
 Libellum itemq; nostra quo proscinditur
 Doctrina apposuit hic Martinus Bucerus:
 Plebis causæ utrumne moveatur fiat hoc;
 An ut dissidium à nobis hoc det modo foras
 Incertum. Meâ quidem præstat sententiâ
 Rem in quo loco nunc est relinquere,
 Quam pacem infirmam conciliare; in nos ut hinc
Pactum non pactum est, non pactum pactum est, cadat.

Bucc. Non me parum tua consternatum reddidit
 Oratio Luthere, suspicariet
 Justè non nego: quia sum præfixus epistolis.
 Factum id me invito, dein præfationis haut
 Meretur nomen. Scriptum amico anno antè id est:
 Non ut (neq; enim id per febrim unquam in men-
 tem mihi)

Lucem videret. culpæ avari Typographi
 Feramus omnes? nullam post habe fidem
 Si non prohibui serio, CAP. verissimum.
 Buc. Alterum de populo, fucus nullus est. ita
 In Synodis, ad magistratum, linguâ calamo
 Docemus, ad plebem vel infimam. fat est?
 LUTH. Aut firmam pacem aut nullam conemur,
 iterum

Sentio: Quod si fixum destinatumq; in animo est
 Haberi in nostris partibus; res exigit



ACTUS V. SCEN. VI.

Primùm, quam populo inculcavistis publicè
Hos aliquot annos impiam sententiam,
Damnetis voce publicâ: alterum, probam,
Quâ par est summâ diligentia & fide
In vestris professuros posthac Ecelesiis,
Sic ut nostræ, perspicuè satis testemini.
Nimirum an vobis expeditum istuc fide
Sit verâ, In sacramento Cœnæ Dominicæ
Cum & in pane corpus esse Christi, traditum,
Morti; cum vino verum sanguinem.
Idq; vi verbi; non porrigentis aut
Sumentis dignitate vel indignitate:
Adeòq; corpus hoc divinum & sanguinem
Ab indignis perinde ut à dignis capi?
Ad hanc rem quid nobis sit certum, exponite.
Buc. Primùm me nec clarè intellexisse hoc, ne-
que

Docuisse inficias non eo. dein nomine
Helvetiorum & Plaureri, & proprio meo,
Panem sacrum corpus, vinum esse sanguinem
Christi verum; tam dignis quàm indignis dari,
Accipiç; vi institutionis, hoc ita
Agnosco ex animo, & clare hisce verbis profiteor.
LUTH. Tute pariter Capito? CAP. verbo factòq;.

LUTH. item

Martine Frehti? FRECH. immò assevero maximè.
LUTH. Et tute Otthere? OTTH. omninò. LUTH. &
tu Scholastice

SCHOL.

ACTUS V. SCEN. IX.

SCHOL. Pro certo polliceor atq; confirmo tibi.

LUT. Et tu Bernhardi? BERNH. ita assero vivus, videns.

LUTH. Lycosthenes? LYC. mihi crede istuc. LUTH. Muscule?

Musc. de me tibi sic promitto. LUTH. Germane? GERM. ita

Adeo esse vobis nil perspectius potest.

LUT. Aulbere? AUL. veri victus evidentiâ.

LUTH. Schradi? SCHRAD. it argumenta plurima me corroborant.

LUT. Seorsim aliquo ego ut concedamus cum meis Id ne molestum vobis accidat rogo.

Bu. Ite in senatum & hæc nobis decernite

Bona nova: Augustanæ nos, velle, esse socios Confessionis: quia animus idem, os est idem.

CAP. O nos apprimè fortunatos siquidem

Hoc impetrare detur, & contentio

Olim desinat, mentes amor conglutinet.

LUT. Hæc ore nostro omnium uno una est senten-

Recipere; dum nobis affirmetis. iterum (tia.

An panis idem, à ministro indignis qui datur

In Synaxi, verum Christi corpus sit, sacra?

Bucc. Illud idem prædicamus omnes seriò.

CAP. Hoc ipsum testari poterant hæ lacrumæ.

Suspecta vobis ne post hæc nostra sit fides,

Per pietatem oramus, & summam vestram fidem.

LUTH.

ACTUS V. SCEN. VII.

LUTH. Hanc tibi concordiam & consensum publicum

Acceptum ferimus supplices, serua Deus;
Tensasq; nostras respice in caelos manus.

Buc. Dignere optata haec nutu ardentissima tuo;
Pater cum Filio, cum Sancto Spiritu.

Amen. CAP. Amen. LUTH. restat Philippe formula

Initae conficias pacis. CAP. est gratissimum.

Sacra communione publicâ, manu,

Verbo, facto nostram vobis probabimus

Fidem. Buc. ego seorsim pro concione, si datur

Mihi, errores damnabo pristinos meos.

Quod didicerim meliora, fatebor. LUTH. optimè



ACTUS V. SCENA VII.

TIMOTHEVS. LUTHERVS. CONSILIARII.

PHILIPPVS MELANCHTHON. AMBS-

DORFFIVS. MAIOR. TABELLARIVS.

SCHWENCFELDII. JUDÆI.

TIM,

VIX vivit Luthero, martalis miserior,
Non quod diurna nocturnaq; largus est

Operâ, quod inimicos habet Pontificios

Omnes adeò, & omnes Sacramentarios;

(Quanquam multò videri maximum queat)

Sed quia quos sibi amicissimos ratus omnium,

Qui

ACTUS V SCEN. VII.

Qui se complexi circumdedere brachiis,
 Illi animo facti jam sint averfissimo.
 In horum Islebius facile princeps est grege,
 Hic quàm Luthero nostro obnoxius, operæ
 Non est, ut clarum faciam testimonijs.
 Jam pro factis benè quid miser reddit preci?
 Labeculas aspergit, mordet clanculum
 Conscindit Præceptorem sibilis suum,
 Quod nostrum sollicitat Lutherum plurimis,
 Miserum modis, ut nec noctu nec diu unquam eat
 Quietus, nec dormiat. turbari Ecclesiam,
 Doctrinam de lege labefactari id dolet.
 Id quod videt, movet: quid verbis est opus?
 Atq; eccum prodit multâ severitudine
 LUTH. Video, in qua re? Philippum omnem ope-
 ram, industriam,
 Cogitationem, mentem deniq; figere
 Omnem usq; gnaviter. Melanthon mi cedo
 Contentione quod tam magna opus facis?
 PHIL. MEL. Istuc in Augustana Confessione sum
 Augenda formandaq; melius nonnihil.
 LUTH. Quis verò genius Philippe te malus citat
 Id ut emendendum tu tibi ausis sumere
 Quod Electorum & principum est? audaciam
 In Philippum tantam cadere? de tabula manum.
 Egon' ut deinde Wittembergæ com morer?
 Quæ quid è Sione fit? sententia bilinguium.
 Hinc est Ambsdorffium quod conferam ad meum.
 Non

ACTUS V. SCEN. VII.

Non ego, non sum tam injurius vitam in meam,
Satis quidem inde à cunis actam duriter,
Ut ejus qui restant dies paucissimi
Quietem flagitantes, illos exigam
In seditione & ingenijs temporalibus
Cum laborum tanto tantorum discrimine ?

TIM. Nimis perterrefecit hæc querela me.
Ego Witenbergæ timeo, quod si exit malè.
Si fit intus, inquam, paveo, formido foris.

CONSIL. Est hic Lutherus ? AMBSD. Est LUTH. qui
me vult? præstò sum.

CONS. O salve, LUT. salvete mei. CONS. oratū veni-
Ab Electore Domino Clementissimo, (mus

Tametsi conflictandum cum ingeniis tibi est
Ejusmodi (nam verbis multis non opus.)

Tamen tu redeas. namq; mavult cedere

Tibi Academiam Elector, quàm tute Academiae

LUTH. Nescio mei sit muneris in licentia

Flagitiosa hominum, quæ istic amatur, vivere;

Vbi mecum agatur veteratorium ad modum;

In os colar, lacerer cum tergum verterim.

AMBSD. Animatum te aliter oportet, quàm pri-
dem, quia

Monenti, oranti principi morem tamen

Non geris Luthere. quòd sunt ingrati tui

Discipuli ideon' abjicies hastam non puto; puto

Quin hoc magis resistes animo pristino.

LUTH.

ACTUS V. SCEN. VII.

LVTH. Non possum non si vel in tumba aterque
pes fiet,

Audire dicto principis; qui quod imperat
Id impetrare fas fuerit: quamvis scio
Quid conjugii, quid liberis me mortuo
Sit expectandum à Witemberga gratiæ,
Quando vivum memet dente carpit improbo.

TIM. Id gaudeo Lutherus quod revertitur.
Quem proceres tam honorificè excipiunt Aca-
demici

LVTH. Redeo ad vos (quos non statueram) quia
Sic Electori visum: vestrâ gratiâ
Non factum. nam quod à Sacramentarijs
Fatura vobis non uni & alteri accidit?
Maneoq; oroq; vos abesse ab his procul.

PHIL. Habes ad unum omnes nos unicè tuos.

LVTH. Quid cœcus? videam, inquit, non verbis fa-
cto est opus.

TIM. Abit Senatus quod video Academicus
Sed quid Lutherus januæ inscribit suæ?

Quid Georgius Major jam præter cœteros
Adstat amplius. MAI. quid hæc reverède pater sibi?

NOSTRI PROFESSORES DE COENA EXAMINEN-
TVR. non satis percipio. LVTH. non tu percipis?

Non clara sunt? non tutè in his comprehenderis?

MAI. Id credo quod de Cœna Domini tu doces.

LVTH. Si verum, veritatem cur silentio
Prodis? cur tergiversare, quod credis, eloqui

TIM.

ACTUS V. SCEN. VII.

TIM. Produco lepidum recutitorum manipulum.
Aditum ad Lutherum flagitant. quid nescio
Causæ, nisi quod negotium facessere
Non scilicet satis occupato cogitant,

IUD. Domine Doctor scimus dare verba nemini

LUTH. Quid est? IUD. quæ dicis, velle. LUTH. quid
quod vultis est?

IUD. Commeatus est scriptus? LUTH. dudum. IUD.
habemus gratias.

Hem propter Christi nomen intercessit hic.

Ad quem carere quàm gaudere malumus

Conductu modum. cōscindite, proterite agedum.

TAB. Schwenckfeldij. Viam recutiti nebulones,
quæ audacia!

Hic in corona frugiperdæ? tesseras

Cedò. IUD. non sunt. TAB. alapam vora. non sunt

Vt sint faxis, huc cum est iter. talos cedò. (ais.

IUD. quid hunc, homo nihili, tibi verberatio est?

TAB. Etiam malè dicis. hem! nisi tesseras citò

Omnes mihi cum numerata pecunia

In hanc dabis manum, qui eo cum munere

Intrò ad Lutherum, commeatu quid suo

Factum sit, mundus sciet pendebitis.

Nisi largum mihi dabitis oppido viaticum

Dictum factū ad unam quiritationem competent

Omnes in tergum vestrum civium manus.

Item nisi pugillum completis tesseris.

IUD. Pro isto officio os ut comprimam, talos damus.

Et

ACTUS V. SCENA VII.

Et hoc argenti : quæ æqui boni fac quæsumus.

Viaticati ipsi admodum æstivè sumus

TAB. Nihil ad me, quid vobis sit in viam, attinet.

Mihi necesse est ut numeretis plusculum. (appuli

JUD. Damus & hoc. TAB. fortunâ duce & auspice

Lutherus etiam honoris causâ quid offeret.

Eccum exeuntem ornandum verbis munus est.

Domine Doctor, Domine, Domine. LUTH. præfatio

Nulla est opus. unde munus? TAB. à Schwenckfel-

LUTH. Ecclesiarum turbatore Silesio (dio

Age mane, quo testere abs te allatum, dabo.

TAB. Nihil ad expectationem acceptilatio.

Enim videte nostros Sabbatarios.

Ut pulchrè de via. ita adsuefaciendi mi erant

Velim mea in manu esse, laborandum foret.

Aut pereundum Judæis quantum est omnibus.



ACTUS V. SCENA VIII.

ALBERTUS. MANSFELDII. JUSTUS

JONAS. LUTHERUS.

ALB.

IN eximiis aliis animi dotibus Pater

Lutherus quæ ad faciendam pacem fecerint

Verbis expolire commodissimis potest.

Id VVitembergâ jam evocavimus, quia

Mihi cum meis de hæreditate & finibus

Dudum periculosa controversia

Intercedit, etiam molesta Islebio,

O

Ad

ACTUS V. SCEN. VIII.

Ad componendum quicquid illud diffidit.
 Tametsi pertinere hoc ad politicos
 Censet, minusque commodâ utitur modo
 Valetudine; tamen sua si præsentia
 Rogando quid, non cernendo jura & limites,
 Queat, saluti nobis atque Patriæ
 Quod sit, relictas habet omnes, ut det operam
 Si vel sit gravior hyemis inclementia.
 Igitur hoc equitatu procedimus obviam.
 LVTH. Excutate filii pallium. consperfi aquâ
 Sic fati sumus. contegite currum plusculum;
 Frigeo nimis. id factum placebat affabrè
 Pontifici & Diabolo si filiis tribus
 Et tecum IONA merfi essemus flumine.
 Id pro eo quod concionatus sum Halæ præci,
 Et Lipsiæ, invisissimis pridem locis,
 Datum, nihil omnium fuerat optatius.
 ION. Perii! quanta equitum turma nobis obviam
 Fit. Comites ipsi Mansfeldiaci adversum eunt.
 ALB. ô noster Luthere offers nobis optimè.
 LVTH. Comites generosissimi, causâ pompâ meâ
 Tantamne fas? vix adsto præ ægritudine.
 Ita in more positum est, si quam magnam in manu
 Rem habeo expediundam, ut semper pilum dia-
 Injiciat, ad absterrendum à negotio. (bolus
 Ne vitio vertant obsecro clementias
 Vestras, quàm humillimè. ALB. prout velis, age.
 Hac illum pellicea contegite mihi probè.
 Excitate

ACTUS V. SCENA VIII.

Excitate agite publicam lætitiã buccinis.

Vos hunc calefactis perfricate linteis,

Vires redibunt æstu, absumptæ frigore.

ION. Ægram usque adeò ductavit Lutherus animã

Vt qui mortem jam jam appetit .nunc colligit

Sese, & ambulat, id vehementer gaudeo. quid hoc

Iudæi conventum Lutherum quod volunt?

LVTH. Quid jam? IUD. Fert animus tecum depugnare,

Nos simus an vos populus acceptus Deo? (utri

Primùm Abrahamæ nos filii. LVTH. sicut Ismael,

Esavus, Absolon, infiniti impij.

Immò partem magnam oriundi à Titi milite.

IUD. At circumcisi. LVTH. æquè ut Ismael, ut Esavus.

Ninivene circumcisa ut recepta ingratiã? (scilicet.

IUD. Quid ergo circumcisio? LVTH. id gentes curèt

IUD. Tibi de perversis sermo, nobis de probis,

LVTH. Quasi non peiores gloriantur plurimùm:

Tum vos, æquè ut maiores, estis pessimi

IUD. Egregius verò vester Christus, Schemhampho-

Hoc uno effudit luci quam caliginem? (ras

Ita dolis non indoctis glaucomam ob oculos

Objecit, hominesque ita fecit, ut quod viderint,

Non viderint; quod non viderint, id viderint.

LVTH. ad inferos his cum verbis. non vos meum

Ita paratos prodire in conspectum pudet?


Omnia profana facere in hoc adeò oppido?

• O 2

Id

ACTUS V. SCEN. VIII.

Id proximum fuerit effusos in fugam
A pedibus auxilium petere. secus, scio
Actum est. sese proripiunt, nil consultius.
Populares paucis monitos est quod. vos velim.
Cum gente Judæorum reprobâ, de fide
(Nam quot innocenti Christo contumelias
Dicunt? quas audire nefas) ne contendite.
Tecto ne recipite. Si sunt, ubi oporteat
Ferri, cogantur interesse publicis
Nostris conventibus. verbum Christi audiant,
Id quod unum rectè Rhomæ fit. ne squaleant,
Ad exugendos Christianos, ocio.
Opus faciant, ut servos esse sentiant.
Hæc Islebieneses vobis causa ultimæ
Volui memoriæ dicere. morbus, quo minùs,
Quam cœpi, telam possim extexere, præpedit.



ACTUS V SCEN. IX.

*Albertus Mansfeldius. Lutherus. Jonas D. Conrad von
Wolffrandsdorff. Cælius. Aurifaber. Ambrosius. Timo-
theus. Jan-Henricus Schvartzzenburgicus. Alberti
Conjux. Melanchthon.*

ALB.

EXanimatum me sermo reddidit tuus.
Adeon' incōmoda Doctorem valetudo tenet?
Præcurre medicos accersitum, consequor
Cum uxore. heus! hoc Rhinocerotis accipe

LUTH.

ACTUS V. SCENA IX.

LUTH. Eheu Jona & Cœli recrudescit mihi (tea
Ob cor morbus. JON. Ambrosi propera, cedò lin-
ALBERT. Ut res est mi Doctor? LUTH. generose Do-
mine, nil

Periculi. remittit aliquanto. ALBERT. Benè.
Quoniam meliusculè nunc gratiâ Dei
Valet, redeo domum, vicem mane meam
Conrade, & quod derasi Rhinocerotis, hoc
Ut tantò audacter Doctor ebibat magis,
Tu præbibe. LUTH. quid est de cornu dictum? date.
VVOLFFRANS. Ita, ut præcepit Dominus tibi præ-
LUTH. Utriq; sit saluti. paululū cedò. Comes, (bibō
O semihoræ si curriculo dormiam,
Meliora sperem. in id dedam me lectulo.

JON. ô columen serua nostrum serua mi Deus.
COELI. Cujus pacem nobis conservarunt preces.
AURIF. Nos miserè miseros hoc si lumen occidat.
LUTH. Vide, ad quietem cur vos non componitis?
Jon. Vigilare nostrum est, & fervire commodis
Doctor tuis. LUTH. manum, ut corripiam è lectulo.
Hinc ego Deo comite dormitum conferam.

JON. Recten' batillo concalectus lectus est?
AMBROS. Ut jussum. tum lucerna cubicularia.
LUTH. *In manus tuas commendo spiritum meum*
Redemisti me Domine Deus veritatis. JON. id
Animo bono sum, vox bona. LUTH. felicem data.
Præcor manu noctem omnibus. Verba pro Deo
Doctor Jona, Magister Cœli, cœteri,

ACTUS V. SCEN. IX.

Facite, pro Evangelio ; namque Tridentum atrox,
Et ille invisus Papa, quàm stomachosus est.

JON. Istuc faciamus flagitat necessitas.

COEL. Dormit Lutherus, non poterat tranquillius

Quod gratias Deo debemus optimo,

Jam spe sum maxima post hæc fore melius

LUTH Heus Ambrosi. AMBR. sum præstò, quid fa-
ctum velis. (calet,

Reverende Pater? Lu. hypocauftum quod si non

Ut caleat. AMBR. noctem ipsam calet focus. tamen

Si languet, excitabo. JON. mi Doctor, ut vales?

LUTH. Deus bone ut crucior, mi Iona, existimo.

Vbi natus & renatus pridem Islebiæ,

Denasci quod jam tempus sit. JON. Pater, Deus

Per Christum abs te prædicatum suppetias feret.

LUTH. *In manus tuas commendo Spiritum meum*

Redemisti me Domine Deus Veritatis. JON. à

Te quod solo limen modo hoc transgressus es,

Adducor in spem non vulgarem. item ambulas.

LUTH. At nulla hæc ambulatio. in lectum. premit

Nescio quid peccatus, tametsi cordi parcitur,

COEL. Heus Ambrosi, medicos medicos, hospitem

hospit am. (palàm.

ION. Indicia ad mortem mihi quidem non sunt

Tamen quod dolorum tolerantissimus

Fuit, eosdemque voce lamentabili

Ostendit, in dubio res est. Medicis dabo

Considerandum. TIM. humana si quid manus po-

test. Est

ACTUS V. SCEN. IX.

Est ad manum. Nam generosa, quid non applicat?

LVTH. Deus! Deus! crucior! angor! è vita exeo.

Manendum Islebiæ. ION. Pater Luthere, quem

Pontificem habes summum & mediatorem unicum,

Iesum Christum, gemitibus implora intimis.

E sudore hoc volente erit melius Deo.

LVTH. Ad mortem sudor spectat. pono Spiritum

Morbus invalescit. ô coelestis mi pater,

Deus & Pater Domini Iesu Christi; Deus,

Cuius unius luctus omnis quantus quantus est

Solatio potest levare. uni tibi

Æternas uni debeo agoque gratias,

Qui Iesum Christum Filium unicum tuum

Patefeceris, in quo plena recumbo fiducia;

Quem prædicavi, quem confessus sum alacriter,

Quem carissimum habui, quem in coelum laudi-

bus

Verissimis justissimisque sustuli;

Quem Papa infelix, quemque omnes parum pii

Contumeliosè insectantur, & depressum eunt.

Te oro, mi Domine Iesu Christe, hanc animulam

Habeas uti commendatam tibi meam.

Tametsi vitam amitto ereptus ab omnibus:

Id tamen, æternùm tecum vivere & manu

Nusquam à quoquam eripi è tua, hoc certò scio.

Sic Deus dilexit mundum &c. Ps. 68. Deus noster.

Deus salvos faciendi & Dominus est Dominus educendi ex

morte

O 4

COEL.

ACTUS V. SCEN. IX.

COEL. Vnū est mihi pharmacū sacræ loco anchoræ,
 Quo impertiam. Luthere noster hoc bibe. (ritus.
 LUTH. bibo. Enim migrandū, reddendusq; est Spi-
Pater in manus tuas commendo Spiritum meum redemisti
me Deus Veritatis. (ter repetendum.)

AMBR. Occidi, oculos conclusos habet, nō verbulū
 Edit. TIM. Jam causam intelligo quare Islebiæ
 Humani hoc contingere Luthero oporteat.
 Ut quàm honorificentissimo ministerio id fiet.

Namque Generosi Comites, Generosa Domina,
 Ut unguunt, ut fovent, ut manum præbent suam.

JON. Christo & doctrinæ quā professus es immori
 Constante est animus? LUTH. Est maximè mihi.

COEL. Hem! cubat in dexterum latus. Tranquilli-
 (Eheu) somni: non omen hoc est optimum. (tas

TIM. Hem! ingreditur Jan-Henricus Schwartzen-
 cum Domina uxore. magni Testes exitus. (burgius

ALB. Toto exalbescit Doctor vultu. periimus.
 JON. pedes nasusque frigent. COEL. hoc ex intimo

Animam emisit suspirio. JAN-HENR. in silentio:
 ALB. patientiâ summâ. AURIF. hic verè indormiit

Simeon. ALBERTI CONJUX. Censen' verò expiras-
 se? haut sentio

Quid si deliquium animi? ut sint nobis culcitæ
 Aliquot plumæ, unde lectus juxta lectulum

Fiat. toralia. ita vires se spero colligent.
 ALB. spei nil reliquum. TIM. quis non dilucidè vi-

Ad exequias cohonestandas extremum iter (det
 Hoc

ACTUS V. SCEN. IX.

Hoc cœlo & nive conficiendum fuisse? jam
 Quid non Deus Luthero prospexit suo!
 Hanc spectatores ego vobis operam dabo
 Ex me scietis pompæ quæ quò pertinent.
 Nam ut luctuosum sumtuosum sic erit
 Hoc funus. quem ad visendum videtis ingredi
 Wolffgangus Anhaltinus est: Philippus &
 Ian-Georgius fratres: Volradus, Ianus &
 Wolffgangus fratres; comites sunt Mansfeldiæ.
 Reliquorum nobilissimorum & civium
 Ut numerus nullus est, sic fugiunt nomina.
 Videte quæso ut illis lacrymæ cadunt!
 Id princeps & comites quini Mansfeldij
 Quia fletum vix tenent vultu presso exeunt.
 Perij qui hic ejulatus est popularium!
 Iam corpus exanimum spectatum plus satis
 Ut amictum feraliter capulo indant auferunt.
 Quæ fuit illa frequentatio hujus funeris,
 Si quid quod vivo factum tentent mortuo
 Mentiri porrò partes Romanæ, probè
 Meminisse oportet. Signum in exequias datur.
 Effertur: principes eunt. Gebhardus it,
 Cum Georgio, cum Christophoroq; filiis,
 Comes. partim recensui antea alteros.
 Partim nescio, quod nescio non dixero
 Id quod Papicolæ; quæ nescire se sciunt
 Tamen garrunt has cantiones funebres
 Autor Lutherus est. animos nonne penetrant?

ACTUS V. SCEN. IX.

In Andreae ponitur honoris gratia
 Hoc funus. intus habetur sacra concio.
 Non inferetur in communem patriæ
 Locum. quia Witebergam Elector postulat.
 Quid autem ille æris clangor Campani? scio
 Halam hodie deducetur funus Saxonum.
 Hic pulsus est exequiis, agite ut convenit
 Multitudo. quisquam in concione Islebij
 Unquam frequentiore populum esse meminit?
 Comitesq; Principesq; tantâ copiâ
 Tantoq; luctu cuiquam iusta solvere?
 Nam cuius mortem hominis à quibusnam gentiis
 Tantoperè deploratam quis fando audijt?
 Usq; huc Islebiensibus visum exequi
 Fuit. jam qui revertentur domum vide
 Ut prosequuntur oculis multo longiùs;
 Attoniti luctu; quo miserabilius nihil.
 Res ipsa gemitus publicus fletum movet mihi:
 Tum qui dolorem concursu & signis datis
 Suum testantur passim gens agrestium
 Quos isto nobis obviam ire ex oppido
 Videtis, hi sunt Halenses oviculæ,
 Alberti pridem miseri mercenarij:
 Nunc audientes melioris dicto Episcopi;
 Senatus & pastores cives & Schola.
 Hicce quid ad pompam prætermissum est funebrè?
 In justis quisquam meminit magnificentius?
 Perij! ploratus quantus! hic subsistere

Homi

ACTUS V. SCEN. IX.

Hominum concursu, medio oportet in foro.
Agite etiam non Mariæ templum virginis
Matris est refertum? quo funus jam sistitur?
Illa de profundis ejulatio non ferit
Animum hominis caucaseum? & opploratio?
Quia serum, nulla fiet hodie hic concio.
Capaver positum in intimo est sacrario;
Iterum dico, Singulari providentia
Divina factum, Lutherus ut Islebium
Paulo ante iret, ut tanto pompa esset funebris
Augustior, indignantibus omnibus inferis,
Et qui crematum exoptabant Pontificibus.
Adeo Hussus verus est, Cygnum non cremabitis.
Quod æramenta porro impelluntur, hoc cò
Fit, quia jam funus Halâ Bitterfeldium
Efferetur. Deus summam fidem tuam quid hoc
Est multitudinis! quæ collacrumatio!
Quantum sui desiderium Lutherus hic
Reliquit! majus longè, quàm sæculis sui
Pontifices Romani omnes, cum majoribus,
Eccos Electorales, Erasmus Spigelium,
Ganglorium, Heilingiadem, Taubenheimium
Capitaneos, qui funus exceptent, prout
Videtur. Hic est Bitterfeldium. nihil
Ad cohonestandum hoc reliquum faciunt funeris
Pulsant campanas, cantant funeralia.
Et insequuntur & exequuntur. omnia.
Pariter Kemberga. Tandem quod sit laus DEO,

Ad

ACTUS V. SCEN. IX.

Ad Wittenbergam ventum. qui astant proximè
 Portam (fit autem jussu Electoris inclyti,) 101
 Sunt Rector, Magistri, Doctores, Academici,
 Senatus; universa civitas. Deus
 Bone quid pompæ! qui præeunt, sunt nomine
 Electoris. item Iohannes & Ian-Hojerus
 Mansfeldij. funus insequitur Luthera
 Curru, cum aliquot melioris matribus notæ.
 Mox Iohannes, Martinus, Paulus filij:
 Iacobus frater: Georgius cum Cyriaco
 E sorore nepotes, & cives Mansfeldiæ:
 Propinqui alij. Magnificus Rector, Principes,
 Comites, Barones. inde Doctor Bruckius,
 Melanchthon, Ionas, Pomeranus, Cruciger, Ma-
 Et Doctores omnes. Senatus. concio (gistri
 Illa studiosorum quàm florentissima,
 Deniq; cives, majores cum minoribus.
 Quisquamne vestrum Witebergæ, talia?
 Eheu qui fletus! quæ lamenta! lacrymæ!
 Auditur intus funebris laudatio.
 Quotus autè quisq; penetrare in populum potest?
 Agite, in sepulcrum cum condetur, hæ fores
 Patebunt, quæ rectà licet intuerier.
 Interea volumus affixa hæc Epicedia
 Perlectare. vidit quisquam plura in unius
 Obitum viri? plateæ ad unam omnes scatent.
 Fit motus. eccum infertur in sepulcrum. at at
 Gnatum nescio unum ita vidua usquam fleverit.

Hæc

ACTUS V. SCEN. X.

Hæc jam quantis ululat ædes plangoribus
E quo vivus conciones amplissimas loco
Habuit Lutherus, sub eodem placide cubat,
Hic in Constantiæ & Concordiæ obit diem.
Metuo, ne simul Constantia & Concordia
Conclamatum est. Melanchthon suam hic incipit
Phil. Mel. Reverendus Pater Lutherus occidit, oc-
Cecidit auriga & currus Israelidum. (cidit
Eheu Pater Lutherus occidit, occidit.
Cecidit auriga & currus Israelidum,
Deus nostri misereatur, occidit, occidit
Reverendus Pater Lutherus, occidit, occidit.
Cecidit auriga & currus Israelidum.
Misereatur nostri misereatur Deus.



ACTUS V. SCENA X.

TIMOTHEVS. HISPANI. CA-
ROLVS.

TIM.

HOc illud est fore quod vobis prædixeram,
Cum Luthero ut Concordia & Constantia
Expiet. namq; miles hic unde insolens?
Hispanus? his in oris? hac in urbe? Deus tuam
Misericordiam! quàm magni id interest, preces
Alicujus Eliæ. Istuc dixit non semel
Lutherus noster, Non esse ab hoste periculum
Quoad vivat? cum vita excefferit dein

Caven-

ACTUS V. SCEN. X.

Cavendum, non hoc verò multo verius?
Electo captus, Witeberga dedita,
Hispanis unum est opus Lutherum ut eruant,
Et, quia vivum non potuere, mortuum erement.
Videtis autem ut ad Sepulcrum confluunt.
HISP. I. Hic ut hicce hæresiarcha sit situs loco,
Tam honesto; 2. quem exustum olim oportuit
diu.

3. Quid est hoc si non est nefas? 4. effossus ut
In cineres redigatur, hoc necesse maximè.
5. Eccum imperatorem! 6. provisitne huc loci?
Certè quidem quid dicam nescio. 7. exequi
Hæreticum funus Carolum hunc interpretor,
Effossam si non concremari jusserit.

CAROL. Istuc dico edicoq; vobis milites,
Ne quis sepulcrum Lutheri violet; neq;
Injuriam faciat ullam, mortuis quies
Suis salva esto. HISP. jam illud incidit mihi,
Non nostra immanis est incogitantia?
A nostris pridem sparsum nugiventulis,
Capulum illum Lutheri expertem esse corporis,
Quod urendum nos cum reposcimus, quid est?
Non larvarum, non stultitiæ pleni sumus?
Isthæc de Luthero nostra est sententia.
Dominatur vivus mortuus. qui aliud velit
Mentiri, se quemadmodum nosmet dabit,
Et nihilo relinquet inustum Lutherum minus.

Luthe

ACTUS V. SCEN. X.

Lutherum habete vobis vestrum Saxones.

Mam cum cruentis esse non licet, metus

Deinde à nobis vobis multò erit minor:

Lutherus triumphat vivus, triumphat mortuus.

FINIS.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly obscured by stains and discoloration.



III A 216


ULB Halle


3

006 752 381



VD 17





HERUS
RAMA

ICI HIRTZVVIGII
Mœno Francofurtani
Rectoris;

Megalandri

i Lutheri Isle-
nsfeldii infinitos

*progressumq; repurgati
à se Evangelij*

ores ostendens.

ANNO
Evangelico primo
est à nato Christo
M. DC. XVII.



WITTEBERGÆ
Caspari Heiden Bibliopol:
JOHANNIS MATTHÆI

*Sacrae conservacionis causa,
Josephus Trentonius*